HERM. GRVBE
DE MEDICAM
CIMPLICIBV
COGNOSCENDI





A. XXX. Grue

25,857/A

'Analysis mali citrei'
bound between pts. 1
+ 2 of 'De arcanis'

1276.

L.IX, 21

L.IX.16.

25857/A

~~cl. V. 94~~

C

7/6
30

HERMANNI GRUBE
LUBECENSIS
Philoſophiæ ac Medicinæ Doctoris
Phyſici Haderslebienſis

COMMENTARIUS
DE MODO SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATES COGNOSCENDI,

Ad praxin Medicam directus & nonnullis obſervationibus in gratiam tyronum illuſtratus,

Cui præfixa

THOMÆ BARTHOLINI
Epiſtola
de
Simplicibus Medicamentis inquilinis cognoſcendis.

Jo. Adolph Rinbolz D.

HAFNIÆ & FRANCOFURTI
Ex Bibliopolio DANIELIS PAULLI,
Regii Bibliopolæ.

M DC LXIX.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO
ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO
DOMINO
Dn. BURCHARDO
von Aleſeldt/
AUGUSTISSIMI DANIÆ AC NORWEGIÆ REGIS, DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI CONSILIARIO INTIMO AC PROVINCIALI EXCELLENTISSIMO, DOMINO IN
Saxſtörff/Eſcherſmarck uud Kolmar/ ꝛc.

Meo & literarum Patrono Gratioſisſimo,

Hoc opuſculum Medicum mente devota

D. d. d.

Author.

Illuſtris ac Generoſisſime Vir, Domine ac Mæcenas Gratioſisſime.

NOndum agitur ſemeſtre, cùm mihi daretur tenuiori his in locis Illuſtr. T. Generoſitatem & intueri propiùs, & cum virtutum tuarum ſplendorem, tum concentum quoque illarum admirabilem (ita quidem, ut nec comitati quicquam authoritas, nec gravitati facilitas detraheret) venerari. Quarum campum longiùs patentem ſi ingrederer tantùm, non dicam, perluſtrarem; nullum mihi foret dubiũ, quin integer naſceretur commentarius. Quocirca, ne

tot copiam laudum tuarum ingenii mei inopia; raras ac planè excellentes, quaſqué in Illuſtr. T. Excellentiam manu largiore natura contulit, virtutes meâ ſive dicentis, ſive ſcribentis infantiâ, Familiæ verò jubar Illuſtris, mentis caligine pariter ac imbecillitate judicii videar obſcurare, tacito eadem cultu, ac ſacro veluti ſilentio exiſtimo veneranda, pictorem imitatus ſagacem illum, qui velo ſolebat, quibus penicillo exæquandis impar videbatur, obumbrare. Quod autem præter præclaras tuas, VIR ILLUSTRIS, ac verè Auguſtas cum corporis, tum animi dotes, quæ vel ſingulæ ſuam promerentur panegyrin; quæque Virum Illuſtrem, & nihil non,

quod

quod ad rerum ſalutem facit publicarum, præclarè ac laudabiliter gerentem, ornant, commendantque ſingulariter; rerum etiam Naturalium juxta ac Medicarum non notitia aliqua, ſed ſcientia ipſa videre jam tum contigerit, non delectari tantùm inſigniter, ſed inſtructam quoque eſſe Illuſtrem T. Generoſitatem, id erat, quod & ſuſpiciebam, & admirabar. Et verò libellum *de modo ſimplicium Medicamentorum facultates cognoſcendi*, jam tum meditanti, anſam mihi, fateor, ſuggerebat Illuſtris Tua Excellentia, altiùs de nonnullis, quorum facta ibidem mentio eſt, & cogitandi, & mentem meam pleniùs ac planiùs exponendi.

Cùm verò nunc in lucem edendo publicam, quem modò dixi, ſive libello ſive commentario quærendus pro more ſit Patronus, ſub cujus clientela tanquam ſub umbone tutus queat adverſus malè ſentientium voculas latitare; Illuſt. T. Generoſ. cum clementiæ illius ſingularis aucupandæ, tum cultus, quem debeo, quemque perpetuum ſpondeo, ac obſequii humilioris teſtandi lubens meritoque hunc libellum, cujus veſtibulo illuſtre ſuum nomen cernit præſcriptum, & volui & debui conſecrare. Vultu igitur, VIR ILLUSTRIS, quo ſoles, hoc eſt, Sereno ut accipere eundem, meque in tuorum cenſu clientum fovere in poſterum non dedigneris, eo, quo par eſt, cultu, id eſt maximo rogo. Ser-

vet

vet Illuſtr. T. Generoſitatem Opt. Maximus Deus Auguſtiſſimo Regi ac Domino noſtro Clementiſſimo: Servet toti Daniæ pariter ac Holſatiæ longè florentiſſimam. Stet inconcuſſa, ſit florens undique, ſit beata prole ſat pulchra & Familia & Domus tua Illuſtris: Vivat ac floreat filiolus, de quo haut ita pridem nato, ceu floſculo Illuſtris Proſapiæ amœniſſimo per hanc occaſionem gratulor Illuſtr. T. Generoſitati. Divinum ac propitium Numen magno olim rerum incremento publicarum; Familiæ verò ornamento Illuſtris, huncce floſculum gratiæ ſuæ Divinæ imbre irrigatum largiore ab omni tempeſtatum injuria cuſtodiat benigniùs; ac omnigenæ felicitatis ſucco virentem, florentem-

que in ſeros tueatur annos. Ita voveo! ita Deum obſecro! Dabam Haderslebiæ ipſis Nonis Februarii Anni reparatæ Salutis 1669.

T. Illuſtr. Generoſit. ac Excell.

Humilis cliens

Hermannus Grube D.

PRÆ-

PRÆFATIO.

MEdicum ibi incipere, ubi Phyſicus deſinat, vetus quidem illud, ſed oppido verum eſt verbum: Quandoquidem artis Medicæ ipſa fundamenta ex naturali ſcientia penitiore ſoleant depromi: Nec de dotibus rerum Medicarum, quarum fontes recludit eadem, dignè aliquis poterit, niſi Philoſophia probe inſtructus Naturali ſit, dijudicare. Quamobrem non immerito vicem nunc doleo tam Nobilis tamque Salutaris diſciplinæ, quod ſiniſterius conſueverit à nonnullis doceri, qui in ſubtilioribus tantum, quæque nullius ſunt frugis, occupantur quæſtionibus, uſu ipſo ceu nucleo, qui non arti tantum Medicæ, ſed & uſui communi magna pollicetur commoda, aut neglecto prorſus, aut frigidius certè pertractato: Hinc illotis, quod ajunt, manibus aut plane non, aut certè leviter hac, de qua ſermo eſt, Philoſophia tinctos tot videas juvenes in adyta involare ipſius Medicinæ, imo etiam Doctoris titulum, modo unam item atque alteram in arte noſtra duxerint lineolam, affectare. Qua ſtante rerum facie quid mirum eſt, tot hodierno tempore locū eſſe ſuperſtitionibus, tot reperiri Medicos dicam an Medicaſtros nil niſi ſecretiora, ſeu, ut illi vocant, arcana ſpirantes, qui non plebejos tantum, ſed & Honoratiores dictis ſuis ducunt phaleratis. At vero neglecta cum cognitione rerum naturalium, tum theoria

ria Medica, non tralatitia quidem illa, ſed accuratiore, non poteſt non naſci ingens ignorantia eorum, quæ fas erat noviſſe, etiam ad artem ipſam faciendam, niſi ludere aliquis velit empiricorum more animos plebejorum, inſigniter. Magni etenim intereſt inter Empiricum ac Medicum elegantiorem ad ipſam ſanitatem cum integram tuendam, tum labentem reparandam. Nec moveant, qui objici hic ſolent nobis, ſcopuli: Dum alii ſive ignorantiæ ſive tarditati ſuæ diſſidium prætexunt ingens, quod dari autumant, theorias juxta ac praxeos, fruſtràque illam addiſci, cùm hæc ſine illa tanto cum fructu, ut morbi etiam conclamati ac à Medicis derelicti elegantioribus reſtituantur ab Empiricis, queat exerceri. Alii in Medico laudant fortunam, rati, poſſe Empiricum rerum Medicarum haut probè gnarum, ſi hæc ſteterit ab ipſius partibus, multùm ægris ſubſidii ac levaminis adferre. Verùm in utroque hallucinantur graviſſimè. Et verò quod prius attinet, quid praxis, quid theoria ſit, minùs videntur intelligere. Diſcernenda quippe eſt ſolidior illa à futili, quæ præter pompam cathedralè nihil ad uſum confert communem, quæque verſari potiſſimū conſuevit in his aliiſque quæſtionibus exigui aut nullius penè uſus: An ſcilicet Medicina ars ſit, an ſcientia, an practica, an ſpeculativa, an liberalis, an ſordida, an ſubjectum ejus corpus vivum, an bruta ac ipſa vegetabilia ad curam faciant medentium, an Iuriſprudentiæ, quàm arti Medicæ potior debeatur locus, & id genus alia vana. Quæ ſi quis guſtaverit obiter, & tanquam aliud agens, nullam incurret reprehenſionem; ſin animum in his, ſpretis utilioribus, occupaverit penitùs, tantùm

abeſt,

abeſt, ut docti nomen Medici queat tueri, ut futilis potiùs cenſenda ejus ſit eruditio. Tantum igitur illi deficiunt in curando, quantum proficiunt in cognoſcendo. Et quamvis huic aut illi audiant eruditi, vix tamen tranſgreditur cathedram illa eruditio, nec in ipſo rerum uſu ſuum promittit fructum. Non æquè tamen illi ignorantiæ tenebris ſunt obruti: Alii quidem multùm operæ ſtudiique poſuerunt in ſedula cadaverum anatome, ſine qua fruſtrà laborabit artis Medicæ cultor de reliquo apparatu Medico ſibi parando: Aſt cũ neglexerint reliquas partes, impares & ipſi ſunt arti noſtræ ritè & cum fructu faciendæ. Alii verò præter anatomen etiam reliquis litârunt partibus, ſed uſque adeò jejunè, ut, modò unius & alterius plantæ nomina varia (ceu in Pinace ſuo abundè ſuggerit BAVHINVS) & medicaminum ſic dictorum, cardiacorum, cephalicorum, uterinorum, & aliorum catalogum didicerint pro more vulgari, plus jam ſatis Botanicen; ſi morbum unum item vel alterum vel per tranſennam cognorint, pathologiam; ſi unam item vel alteram medicaminis formulam ex libris Medicorum transſcriptam communicârint cum ægris, praxin ſe ipſam rectiùs putant percepiſſe. Hinc errores ab his in arte facienda patrantur inſignes, quos dum ætas corrigit maturior, cautiùs diſcunt, ut ille ait, ſed cum ingenti ægrorum detrimento, mercari (ſi quidem tandem aliquando ex tanto medicaminum delectu, quæ ex commodo ægrorum ſunt, caſu potiùs didicerint, quàm arte,) foreſque proverbio vulgò de novellis Doctoribus uſurpari ſolito; Ein neuer *Medicus*, ein neuer Kirchhoff/ *videntur aperiri. Rectiùs Medicinam, &*

facul-

facultates medicaminum tenuerunt veteres: Quin illa etiam, quæ hodiè forſitan videntur aliquantò diſputari ſubtiliùs. Quamvis ſtrictiùs illis dicta, minùs rectè intellecta, aut ſiniſterius videantur poſteris explicata. Cujus rei argumento nobis eſt inter alia vel una illa locutio Galenica agere tota ſubſtantia, quæ quam pravè fuerit ac variè verſa nonnullis, HOFMANNUS CL. & alii docuerunt fuſius: Quod & ipſi cum Deo præſenti in tractatu ſumus acturi. Confert etiam porro ad errores in praxi committendos perverſa ac omni judicio carens plurium medicamentorum coacervatio. Dum enim citra judicium præſcribentis (cujus vel unum granum, ut loqui ita liceat τεχνικῶς, pluris æſtimandum eſt in arte Medica, quam aliquot unciæ ingenii juxta ac memoriæ) decem vel plura ejuſdem virtutis in pari etiam quantitate cumulantur medicamina, fit facilè, ut dotes egregiæ ſingulorum, ſi non obtundantur prorſus, at imminuantur certe. Non mirum eſt igitur, vel uno ſimplici plus præſtare interdum vetulas, & in ruborem conjicere medentem. Suo quidem fructu non defraudanda eſt compoſitio, ſed ſi limites excedat, ſi plures, quam par eſt, fines intendat, tantum abeſt, ut vim augeat medicaminis, ut potius Excellentioris, & quo vel uno obtinere voti tui ſummam poſſes, imminuat immane quantum. Alter de fortuna Medicorum & ipſe inſignis ac æque facilis eſt ſopitu error. Qui enim in Medico laudat fortunam, apertè ejus accuſat ignorantiam. Quod demonſtrare in proclivi eſt ex ipſa curationis methodo. quæ in eo vertitur præprimis, ut indicationi fiat ſatis, Naſcitur autem indicatio ex morbi notitia ejusque

cauſa

cauſæ accuratiore, qua neglecta, haut ritè quisquam nec cum fructu poterit mederi: Unde datur nunc porro copia colligendi. Quod aut per ſe aut per accidens curet ſive Medicus ſive Empiricus ſic dictus fortunatus. Prius dici non poſſe, liquet ex præmiſſo diſcurſu, cum id (per ſe curare) & medentis arguat ſcientiam, & morbi ejuſque cauſæ cognitionem: Sin poſterius, concedo lubens, ſed ad corporis mei curam non admiſero tales fortunates, admittat, quicunque voluerit. Suo quippe non vacat periculo. Cum per accidens mederi nihil ſit aliud, quam ex ampla medicamentorum claſſe caſu invenire id, quod ex re ægris ſit, & fieri queat, ut illi Empirici, quos periculi, quod hæc vel illa ſive planta ſive minerale ſive aliud quid minatur, ignorantia, juſto facit audaciores (ſi in ægrum incidant robuſtum) morbos non raro contumaces, quique viſi ſunt nullam amplius manum admittere Medicorum, ritè artem callentium, feliciter propellant medicamento non ſatis tuto. Sed enormiter poſſe eoſdem pari ratione nocere, & nocuiſſe ſæpius, luce clarius meridiana eſt. Eoque jam tum noxa gravior eſt, quo commodum, quod ex accidenti inferebatur ante, erat ſplendidius. Ipſum venenum etiam præſentiſſimum, ſi violentiam ejus vicerit naturæ robur, vergere non raro in commodum poteſt ex accidenti. Quæ cum ita ſint, demiror, tot fidem haberi ſycophantis, quin præferri eos interdum Medicis doctioribus, qui utriq; fulcro experientiæ juxta ac rationis innixi & rectius & tutius & ſolent & poſſunt incedere. Quapropter, ut ab ipſis ſtatim tyrocinii annis addiſcant artis Medicæ tyrones, quid à dogmaticis differant empirici, & quomodo ire

his obviam liceat, ipſe pro ingenii mei modulo (qui ut anſer inter olores, inter doctos videor ſtrepere) præſentem de MODO SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM *facultates cognoſcendi libellum in illorum gratiam volui contexere, tenuem quidem illum, ſed ex animo ac ſtudio Medicinæ operatæ juventuti inſerviendi profectum. Faxit propitium Numen, ut ſuum ſortiri finem queat hic fœtus.*

TH. BARTHOLINI

EPISTOLA

De ſimplicibus Medicamentis inquilinis cognoſcendis,

Ad

Clariſſimum Medicum

D. HERMANNUM GRUBE.

CONfidenter mehercules de GALENO pronunciavit nonnemo, omnia illum habere quæ ad artem Medicam ſpectant. Magnus ille quidem fuit, & artis Divinæ pomœria ampliſſimè lucubrationibus ſuis extendit, ut etiam DEI ſervus à GOR-

DONIO ſit dictus, multa ſcivit ſcripſitque, ſed non omnia vel ſciviſſe vel operoſis voluminibus comprehendiſſe, ut alia indicia ex recentiorum inventis omittam, egregio opere tuo teſtaris, eruditiſſime GRUBI, in quo induſtriam illius in dignoſcendis ſimplicium medicamentorum facultatibus longè ſuperas. Diffiteri nemo poteſt, GALENUM in iſto opere, in Methodo Medendi, in uſu Partium, in locis Affectis, aliisque perpaucis vires maximè ſuas monſtraſſe, ut vel his ſolis ex tanto numero monumentis magnos à poſteritate ſua titulos meruerit, debueritque appellari doctiſſimus à D. HIERONYMO, admirandus ab ÆGINETA, à TRALLIANO ſapientiſſimus, victus tamen à poſterioribus fuit, ſicut ab illo victi, qui illum præceſſerant. Nunquam enim Medicæ artis incrementum pedem figit. Creſcit induſtria excolentium, & augmentum à ſecuturis ſeculis ſperat. Optimè ita mortalium indigentiæ conſulitur, cum ſymbolum conferunt quibus Naturæ

& Ar-

& Artis favor præ aliis aſpirat. Ita cum in immenſum excreverit medicinæ ſcientia, ex quo neglectâ vel ſpretâ veterum autoritate altius ſe Naturæ immerſerunt præclara ſeculi noſtri ingenia, mirum non eſt, quod etiam ſtupendam GALENI diligentiam longis intervallis feliciores poſteri vicerint. Ut in ſuſcepto de ſimplicium Facultatibus argumento maneam, in quo eruditus tuus calamus occupatur, lux tibi major, quam GALENO, ex recentiorum ſuppoſitionibus affulſit. Cum ARISTOTELE enim non quæris in Problematis, cur medicamenta & res amaræ, aut fœdi odoris, magna ex parte purgare poſſint, aut cur odorata genera tam ſeminum, quam plantarum movere urinam poſſint; quorum cauſas non ignoras. Cum GALENO quidem de coloribus, odoribus, ſaporibus, diſſeris, quibus ſe inſitæ medicamentorum virtutes produnt, ipſo tactu non excluſo, quo ignem calidum, nivem frigidam percipimus, & cum eodem PERGAMENO

libro quarto capite 23. optimum eſſe non negas per experientiam diſcretam facultates invenire, in qua falli non facilè poſſis, quanquam priusquam experientia virtutem agnoſcas, guſtus pleraque indicet, nonnihil etiam approbante ipſo odore: Altius tamen eniteris, & quibus modis virtutes ſimplicium ex odoribus, ſaporibusque eruantur, Chemicorum experientiis & Carteſianorum ſubtilitatibus inſtructus compendio tradis, ut omnium ſectarum loculos excuſſiſſe videri poſſis. His auxiliis GALENO es ſuperior, qui elementis ſuis contentus vix elementa noviſſe recentioribus Naturæ ſcrutatoribus putatur. Magnitudines & figuras corpuſculorum ac meatuum, quos ὄγκους καὶ πόρους appellabant veteres, ad explicandas facultatum eſſentias, ab EPICURO aſſumi non ignorabat, ſed contempſit libro primo capite primo. Utramque figuram, pororum nempe & atomorum, ad ſaporum varietates vel averſiones LUCRETIUS ample-

plectitur, Epicuri fautor, libro quarto de Rer. Natur. ubi ex foraminibus ſeu poris in ore & palato, majoribus minoribusque triquetris, vel quadratis vel rotundis, vel multangulis, cauſam deducit, quare alia aliis contraria ſint, prorſus quaſi viam CARTESIO Nobiliſſimo monſtraſſet, qui tam feliciter veterum hanc doctrinam revocavit ad explicanda Medicorum phænomena percommodam, ut nemo jam, ſine diſcipulorum offenſa, contrà hiſcere auſit. A Chemicorum vero ſacris prorſus alienus non fuit GALENUS. A ſale ſapores dependere, videtur agnoviſſe libro XI. de ſimplicium Medicaminum facultate ejusq; ſalis varia experimenta adduxit lib. IV. capite 20. At libro IX. metallica medicamenta vel ſpontanea proponit vel per fornacem facta ſalem nitri, ſalem ſpumæ, ſalem lixivum cognitum habuit, de quo ſale lixivo PLINIUS l. 36. capite 27. apud quem ignis ad medicamenta fundenda recenſetur, alibique libro 31. capite 7. ſalium conficiendi

endi modi traduntur. Chryſocolla temperatur, PLINIO eodem docente lib. 33. capite quinto, Cypria ærugine, pueri impubis urina, addito nitro. Imperfecta tamen utriuſque ævo fuit ars Chymica, quam poſteriorum curæ & fatigatæ noctes perfecerunt. Unde facultates exinde medicamentorum eliciendi notitiam accuratam ſibi aliisque in hac arena exercitatis reliquit. Ex ſalibus vero plantarum de facultate earundem non ſatis dijudicare licet. Omnia enim, cujuſcunque plantæ, cujuſcunque ſpeciei, ſalia irritando vel incidendo purgant. Niſi in figura ſalium ſit quærenda diverſitas, quæ unicuique plantæ peculiaris. Quicquid ſit, dum vulgatiſſima CALENI principia, Chymicis & Carteſianis amica cōpula jungis, omnium laudes in ſe contrahis, & perfectiorem modum dignoſcendi facultates medicamentorum, oppido proficuam, magna nominis tui celebritate, non tyronibus tantum, ſicut ex modeſtia profiteris, ſed provectioribus in hac Arte exponis. Mi-

h

hi vel eo nomine tuum placet inſtitutum, quod domeſticis acquieſcendum mecum judices. Verè enim *Seneca* Epiſt. 4. *Parabile eſt quod natura deſiderat, & expoſitum. Ad manum eſt, quod ſat eſt.* Egi dato ſtudio de inquilinis noſtris remediis in MEDICINA mea DOMESTICA, quam à te lectam gaudeo. Necdum enim doctrinæ hujus me pœnitet aut pudet, in laudem patriæ & ægrorum commodum olim traditæ, ſerioque rogo, ut ad has quoque curas tuum ingenium convertas, quo cum DIOSCORIDE libro 1. pr. vernaculam familiaremque materiam ſcriptis tuis complectaris. Facilem tibi viam ſtraviſti eruditione referto *commentario de Facultatibus ſimplicium cognoſcendis*, cujus veritatem ad inquilinas rectius expendes, veras, recentes, nobis amicas. Inſitum cuique eſt, etiam cum Ithaco, fumos patriæ amare, ut mirari nemo ſapiens poſſit, quod in laudes domeſticæ Naturæ feramur, ne peregrinos fumos tanto precio mercari cogamur. Diras plurimorum ſi metuis, exemplo meo animum obfirma. Favor

DEI & Naturæ, non Myropolarum quærendus. Obloquantur alii quicquid velint, certus ſum.

Non deeſſe tuos, Caſſandra, qui thalamos petat.

Satiari poſſumus inquilinis cibis, cur non remediis domeſticis curari? Non credo hic magis quam ibi Naturam apud nos defeciſſe. Nihil ad ægrorum vota deeſſe præter purgantia, uſu probata, communis eſt querela. At nec hac parte mancam mutilamque Medicinam eſſe domeſticam, in *Diſſertatione* mea probatum memini. Multa uſu vulgi probata habemus, in plurimis ulteriorem experientiam deſideramus, quæ ad normam tuorum præceptorum exigi poteſt, & examinari, ut perfecta tandem medicina noſtra emergat, quam adhuc in cunabulis vagientem jugulare non pauci attentarent, niſi Hercules in cunis eſſet. In Rhabarbaro fere ſolo ſalus officinarum peregrinarum verſatur. At adulteratera-

teratur cum aliis, ubi gignitur, antequam ad nos deferatur. Quid poſtea fiat, non dico. Veritas odium parit. De illo GALENUS teſtis eſt libro primo de Antidot. recens decoqui, ut ſuccum demittat, quem ubi coxerint nobis ceu purum & aquæ non mixtum tranſmittere: Rheon autem ſiccatum, tanquam neque id prius incoctum, ablegare. Succedaneum Rhabarbari Hippolapathum confirmat C. BAUHINUS Pinac. Theatr. Bot. libro tertio ſection. quarta, doſi dupla vel tripla. Pro ſola ſena olim intercesſimus, ſed jam & illa carere poſſumus, quia ex foliis tenerioribus ſurculiſve ſive vireſcentibus ſive ſiccatis ſambuci noſtri idem prorſus effectus expectari poteſt. Feci periculum in Villica noſtra febricitante, & infuſo foliorum tenellorum ſambuci blandè alvus ſoluta fuit. Idem expertum ſe fatetur ELIAS BEYMON in nupero libello de ſamaritano pag. 25. qui etiam mechracannæ Conſolidam majorem ſeu Symphytum, vel ſaniculam

montanam ſeu pinguiculam CLUSII ſubſtituit. Aqua ex corticibus ſambuci, aliaque in Diſſertat. 3. à me ſignata ſcopo huic abundè ſatisfaciunt. Ex CASTORE DURANTE notat JOHANN BAPTIST. CORTESIUS in Antidot. Meſſan. quod folia Mercurialis eadem præſtent, quæ folia ſenæ. Pro Ialappa ad educendas aquas iridem noſtram commendavi, quam in melle vel cereviſia coctam noſtri ſumunt. Arena abundant agri noſtri, ex cujus aqua deſtillata inſigne hydragogum conficitur, teſte HORT. UNGO in Ciſt. Med. Nec minor hordei proventus, quod vireſcens purgare, exemplo equorum apud Turcas docet SWEIGER Itiner. Conſtantinop. lib. 2. cap. 11. ſpongia è decocto Ebuli expreſſa umbilico appoſita alvum ſolvit, experientia SCIP. MERCURII libro tertio Obſtetr. cap. 47. Poſſem per alia exempla calamum laxare. Hyperici herbæ pulveris drachmam unam ventri ducendo utilem ſcribit ANT. GUAINERIUS de Ægritud. Junctur cap. 28. ligni juglandis cariei pulviſculus, quantum tribus

digi-

digitis prehenditur, ventrem ſtimulat, notante MARC. AUR. SEVERINO Chir. trimembr. capite quinto §. primo. Ex aliis quoque domi naſcentibus vis laxativa elicitur: Semen enim Ariſtolochiæ longæ ad drachmæ pondus, ex quovis liquore idoneo valide per ſuperiora & inferiora evacuat. Folia violæ Martiæ in pulverem redacta parem effectum promittunt, & ut cortex nucis juglandis medius. Vomitorium mediocre & ſecurum præbet raphani radix adhuc in ſolo hærens, ſi ei biduum aut triduum helleborus inſeratur, autore JOAN. DE SANCTO AMANDO l. de Idoneo Auxil. Us. p. 271. De matricariæ ſucco BRASAVOLUS, & ipſa matricaria C. HOFMANNUS lib. de Med. officinal. affirmant, purgare pituitam & atram bilem, cujus HOFMANNI, viri certè in omnibus ſummi, eſt effatum, quæ tam potenter deobſtruunt in juſta doſi ſimul purgare. Unde ratio CARDANO conſtat, l. de vit. Propr. c. 44. docenti, ex medicamentis non purgantibus conficere purgãtia. Res nobis ex voto ſuccedet per ſalia ex non purgantibus, pur-

gan-

gantia extrahere. Spiritum ſalis gutt. XV. in vehiculo propinatum alvo lubricandæ profuiſſe vidi. Obſervavit nuper FRANCISCUS REDI in Obs. de viper. pag. 77. ſalia extracta ex cineribus omnium animalium & plantarum, ſine diſcrimine ad drachmarum duarum vel trium pondus exhibita, corpus expurgare, non ſecus ac alia lenientia, etiam ſal plantaginis &c. Nec id præter rationem, cum omnia ſalia pungendo & irritando laxent, id quod POTERIO quoque annotatum mones. Pro varia autem ſalium diverſitate, variiſque figuris acuminatis intendi illorum vim vel imminui, vero fit quam ſimillimum, ex eadem figura etiam amaror dependet, unde ſales præcipuè amaros dejectoria vi pollere exiſtimat QUERCETANUS, ut ex abſinthio, Centaurio minore, gentiana, ruta, fumaria patet, quem ſaporem medicamentorum purgantium proprium à vitio concoctionis deducit ARISTOTELES ſectione prima

Pro-

Probl. 48. Sed horum judicium tibi committo, quem video Chymicis arcanis enutritum apud magnos Præceptores ROLFINCIUM & SYLVIUM. Mihi ſatis eſt demonſtraſſe, ſupereſſe nobis domi, quæ, uſu poſtulante, alvum inobedientem officii moneant. Reliquorum alterantium aliunde advectorum defectum ægrius non fero, ſiquidem damnum illud propriis domi natis ſufficienter compenſamus, ne Indorum commercia ea propter ambiamus in tanta viarum longitudine & Oceano piratis non raro infeſto. Nolo taxum hoc revolvere, alibi copioſè agitatum. Pro aromatis quoque, quorum tantus inter noſtros uſus, ne abuſum dicam, ea ſubſtituta eſſe in *Diſſertationibus* meis recordor, quæ nobis, ſi ſapimus, poſſunt ſatisfacere. Cordialia eſſe ea, juxta tecum ſentio. Dubitare tamen licet 1. an in calidis regionibus nata nobis frigidioribus expediant? 2. an legitima ad nos deferantur? 3. an ea veterum nomenclaturæ reſpondeant, & denique, 4. an non

alia,

napi ejus ſuccedaneo conſentientem producimus GALENUM l. de Theriac. ad Piſon. nonnulli adulterantes piper oblongum, æquale cum germano pondûs habens, pyrethri vel ſinapi modico indito, ita guſtus mordacitate ſaporem fallunt. Adulterari ſinapi Alexandrino concors eſt PLINIUS libro 12. capite 7. baccis quoque juniperi, quibus ſimile. Quid, quod in Hederam verſum piper in Italia ſcribat RATTRAY de ſymp. Rer. ſicut cariophyllum in caſtaneæ quid ſimile in Europa degeneraſſe prodidit nuper indefeſſi laboris multorumque librorum Pater ATHANASIUS KIRCHERUS libro nono ſ. prim. capite quinto. De ſaccharo quid ſtatuendum, ſatis nobis antea dictum. Certè apud MESUEN omnia Electuaria melle parantur ſine ſaccharo. Opobalſamum diu exilium paſſum, niſi quod Romæ, me præſente, portiunculam ejus ex Oriente advectam meminerim, turbarum autorem inter Pharmacopœos. Patavii 1542. ſub-

ſtitue-

ſtituerunt lacrymam abietinam in Confectione Mithridatica, quam præfert Myrrhæ, quia opobalſamo ſimilior, & pauciores patitur calumnias, quam ſtacte, M. ODDUS in Doctiſſimis Meditationibus ad Theriacam ſerm, ſecundo capite ſecundo. Succus citri tantum hactenus applauſum meruit, tuumque eruditum Commentarium neſcio an magno ſuo jure. Niſi grave ſit in arte exercenda occupato, lege nuperas obſervationes FRANCISCI REDI Florentiæ Magno duci Etruriæ dicatas, curioſas & lectu dignas de vipera, in quibus confidenter aſſeverat, experimentis edoctus, in citro nullam eſſe vim alexipharmacam contra viperas. Nullam igitur cauſam video, cur tam vili in precio eſſe debeat patria, cur laudans civis, ut propter aromata exploſa odium ſeplaſiariorum incurrere poſſit, quaſi felix illa non ſit, ſi vel peregrini myropolæ non eſſent, vel peregrina aromata deeſſent. De felicitate Arabiæ optimè ad rem noſtram PLINIUS l. 12.

capite. 15. Non ſunt eorum Cinamomum aut Caſia, & tamen felix appellatur Arabia, falſa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum ſuperis ferat, cum plus ex eo inferis debeat: beatam illam fecit hominum in morte luxuria: Noſtram infelicem, in vita luxuria, ſed ſeplaſiarios utroque ſtatu fortunatos, ſi ex eo felicitas æſtimanda. Caveant vero ſibi peregrinis mercibus adeo dediti, ne iſtis, quicunque denique ſint, inclamet JUVENALIS ſat. XIV.

Peregrina ignotaque nobis
Ad ſcelus atque nefas, quodcunque eſt, purpura ducit.

De Muſcho non eſt tantopere laborandum, quem etiam ex fœtidiſſimis extrahimus. Ea odoris ſuavitate non paucæ in campis noſtris herbæ numerantur, geranium moſchatum, orchis odorata moſchata, &c. Muſcus Orientalium effœtus ad nos plerumque affertur, quem panno urin[æ]
levi

leviter perfuſo exceptum , nativum recuperare odorem P. SERVIUS de Odoribus pag. 128. prodidit: Cconſervatur vero in ampulla vitrea permiſtis plumbi fruſtulis , monente *Quirico de Auguſtis* Luminar. Apothec. §. quinto. Sed de his alibi. Vibi hæc in memoriam refrico, ut ad expendendas ſimplicium in patrio ſolo uberrimè provenientium facultates calcar addam , animumque ad utilem operam tuoque calamo dignam accendam novo argumento , in quo nemo majori felicitate progredi poteſt , quam tu, qui propria tibi veſtigia ſignaſti , eaque tutiſſima , quæ publico commendare non deſinam. Ad herbarum enim inquilinarum inquirendas poteſtates non alia ferè principia neceſſaria, quam quæ poſt GALENUM novitioſque alios, eruditè deſignaſti. Inprimis ſapor magni indicis vice defungitur , ut ex Antiſcorbuticis conſtat. Experientia tamen incolarum noſtrorum primas ſibi partes hic vendicat , qui multorum nobis

 Pa-

Patribuſque remediorum vires detexerunt. Sicut infra dignitatem ſuam Medicus non reputat medicamentis uti plebejis, notis tamen & probatis in caſu neceſſitatis ſi ruri degat, vel in ſolitudine, ſi iter faciat, ſi noceat differre auxilium, quibus de cauſis ipſe GALENUS motus ſcripſit Libellum de FACILE PARABILIBUS: ita ſæpe data occaſione ruſticos, mulierculas, veterinarios, de herbarum domi occurrentium viribus ſua experimenta proferentes audire debet. Ea experientia veterum optimi ſteterunt, CELSUS, SCRIBONIUS, MARCELLUS, PLINIUS, DIOSCORIDES, aliique. Sæpe caſu non nulla ſe produnt, dum aliud agimus vel remoti ab officinis, aliquid experimur circa occurrentes ægros. Quin pe etiam in repertis, ut rectè PLINIUS libro 25. capite ſecundo, alias invenit caſus, alias, ut verè dixerim Deus. Hunc autem tam in ſeptentrione habemus faventem, quam habent Eoi. Experientia vero imitatori

toria obſervatum fuit, á ſaporis nempe acrimonia ſale ſuo volatili prægnante; trifolium noſtrum aquaticum iiſdem contra ſcorbutum cum cochlearia, naſturtio, chelidonio minori viribus pollere, quanquam forma foliorum à cæteris differat. Similitudo tamen externa in nonnullis negligenda penitus non eſt. Eaque vel inter plantas ſimiles inſtituenda, ut ignotæ herbæ virtus ex comparatione notioris, figura ſimilis, innoteſcat, quemadmodum lignum Fraxini noſtri, Guajaco ſimile, lui Venereæ & morbis malignis conducere didicimus: Vel ex ſignatura externa morbis approprialia elicitur, ſicut hypericum vulneribus, pulmonariam maculoſam pulmonibus variegatis, ſaxifragam calculo, &c. prodeſſe veteres primi animadverterunt. Ex ſimili ſignatura loci paluſtris, Trifolium aquaticum ſcorbuto ſeroſæ colluviei ſoboli obſervatum eſt conferre, uti & Kali littoribus noſtris familiare, quod pro ſcorbuticis noſtris ad

acetaria condiunt mulieres, quanquam & ſapore ſalſo ſe prodat. Signaturæ infenſus eſt DODONÆUS Pempt. 1. libro primo capite 11. neſcio quo jure. Signaturas in homine Phyſiognomi obſervant, ut internam temperiem corporisque conſtitutionem explorent. Nec ſemper falluntur. De quibus ſignis inſpiciendus ARISTOTELES l. Phyſiogn. capite. 3. ut recentiores alios Phyſiognomos & Chiromantas ſilentio prætercam. Cur in plantis ſimilia ex ſignis externis refugimus, ſi aliis ſignis comitata conſiderentur, ut quæ non proſint ſingula, multa juvent. Solam enim ſignaturam, excluſis interioribus indiciis, damnari à Magnis viris intelligo. Nec tam partes corporis reſpiciunt hæc ſigna, quam partium affectus. Ita Carduus Benedictus, aliæque ſpinoſæ herbæ, ſpinis ſuis indicant ſiccitatem & exinde lateris dolori aliiſque partibus exſiccandis, quando ab humore aliquo vel flatu dependent, dicatas ſe monſtrant. Omnino ſignaturis, quando occurrunt,

àddenda experientia, ut dubiis occurram à viris Eruditis propoſitis. Hæc ſi DODONÆUS ad animum preſſius revocaſſet, non negaſſet nuces juglandes aut avellanas, quæ externo cortice & interno nucleo, capitis cerebrique ſigna gerunt, utilitatem capiti præbere. Contrarium alibi docuimus de ſucco juglandis capiti appropriato. Satyrii autem illa ſpecies, quæ Palma Chriſti vocatur à manus ſimilitudine, manui prodeſt, quia, robore corpori per genitalem vim addito, manus ejus commoda ſentit, quę ipſa pro robore paſſim adhibetur & poteſtate. Hinc *in manibus eſſe*, vel *tenere*, ex ſententia Grammaticorum idem eſt, quod viriliter & fortiter rem agere. Significat etiam in poteſtate eſſe. Nolo autorum verba congerere, paſſim obvia. In re quoque Venerea manus uſitatiæ. Ita OVIDIUS libro primo Amor. El. 4.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator.

Et dicam, mea ſunt, injiciamque manus.

Ex ritu olim nuptiali manavit quoque apud veteres & *Iuris-Conſultos* præſertim locutio, *in manum venire*, cum uxor in poteſtatem viri tranſiret. Hinc eleganter *Apulejus* libro ſexto. Metam: *Sic ecce Pſyche convenit in manum Cupidinis, & naſcitur illis maturo partu filia, quam voluptatem vocamus.* Digitus ſolus dicitur AVICENNAE, neſcio an palmæ invenerit à poſterioribus Botanicis appellationem, quod referat ex aliorum narratione DIOSCORIDES libro tertio cap. 144. ſi radix manu ſola teneatur, ad Venerem ſtimulare, eoque magis ſi bibatur in vino. Quanquam id pro ficto cenſendum ſit, niſi major apud illos quam noſtros ſit ejus radicis efficacia, qualis herba illa erat apud THEOPHRASTUM lib. 9. De cauſ. Plant. capite 20. ex quo repetit AMATUS LUSITANUS Comm. in hunc locū. Dioſc. quam Indus attulerat, qua tangentibus tantum genitalibus vim

vim dixere vehementem adeo fieri; ut quotiens vellent coire, valerent. Sed his miſſis, de quorum fide ambigitur; modum plantarum noſtrarum facultates cognoſcendi novum per ſalia illarum tibi, Naturæ conſulto, propono expendendum. Enim vero plantarum noſtrarum ſalia, ſimilia exoticis plantis, ſimilitudinem virtutis evincere mihi videntur. Figurarum autem in ſingulis plantarum ſalibus inſignem varietatem in Laboratorio Florentino non ita pridem obſervavit ANTONIUS OLIVA Profeſſor Piſanus, quarum nonnullas ex CAROLI FRACASSATI Epiſtola de Lingua, huc transferre operæ erit pretium. ENDIVIA ſale ſuo duas retuſas cuſpides hexagonas medium complectentes priſma baſis pariter hexagonalis imitatur. Ita & ſal *Citrulli*, *eſulæ* ac *Scorzoneræ*, ſed medium priſma in his duabus altius eſt. PARIETARIA cuſpides baſibus invicem nexas, ſed conum non abſolventes ac ſectas æmulatur. Ita & *abſinthium*. *Hederæ* rhomboides,

braſſica; eucurus, eupharaſia, laurus, lactuca, roſmarinus, bugloſſa, roſæ, mechoacan, helleborus albus, acetoſa, pyramides ſed improprias, hexagonas nempe, utrinque priſmati hexagono incumbentes, hoc diſcrimine, ut in aliquibus altius, in aliis depreſſius ſit priſma. *Malicorium, piper nigrum, capreoli vitium, acetoſa & helleborus niger* pyramides hexagonas duas baſibus ſuis implicitas oſtendunt. *Meliſſæ, fœniculi*, ſal octaedricus eſt, regulari nempe figura. *Zinziberis, Liquiritiæ, Capilli Veneris, braſſicæ* ſal cubicus eſt. SACCHARUM & COLOCYNTHIS quadrata videntur & in menſas extenſa latas ſed verius ſegmenta vetarum pyramidum utrinque ad baſin explicantur. Sal *quercus* ſexagonum. Dubium in his obſervationibus emergit, quod nonnulla, quæ manifeſtis inter ſe qualitatibus diſſident, ſimilem tamen habeant ſalis figuram. Sed diverſam proferre, extra dubium eſt, quanquam vel microſcopium fallet, vel angulos nonnul-

nullos incuria frangat, vel non ſatis accuratè obſervet. Tandem varias ſeminum figuras, ſingulis herbis proprias, aliquid quoque lucis afferre inſtituto noſtro, certus ſum. De quibus plura nunc non addam, ne longior Epiſtola tibi lectoribusque aliis ſit moleſta. Si ad ſingulas docti tui Commentarii ſectiones annotare vacaret, quæ facerent vel ad dictorum illuſtrationem, vel laudem tuam hodie finire non poſſem. Deſino igitur, ſed tibi tuoq; honori vacare nunquam deſinam. Vale. Ex Tuſculano meo Hageſtedano XX. Dec. CIↃIↃLXVIII.

ELO-

ELOGIUM

AD

Experientiſſimum Medicum

HERMANNUM GRUBE

Phyſicum Haderslebienſem Epiſtolæ.

TH. BARTHOLINI

ad eundem ſcriptæ honoris ergo ſuffixum.

Laus avorum, laus parentum, poſterorum gloriæ
Victa ceſſit, ſeculisque tot ſuperbientibus,
Priſtinam recentiores detrahunt adoream.
Vaſtus orbis, Parvus orbis hinc & inde ſufficit,
Vnde nobis gratulemur, nam receſſus abditos,
Quos vetuſtas neſciebat, nos nepotes vidimus.
Scilicet ſcrutatur ætas, pervicax induſtria

Impro-

Improbat latere quicquam; quodque pridem cognitum.
Curioſæ mentis ardor undiquaque perficit.
GRUBIO ſcribuntur iſta, BARTHOLINO Iudice,
Maximo dum vel Galeno major eſſe dicitur.
Audiebat hæc Galenus, numen Æſculapii,
Creditur laceſſiiſſe motus iracundia:
Cur, ſed Ille: non Galenum GRUBIO poſtponerent,
Ipſe jam poſt BARTHOLINUM ponor Æſculapius.

HAFNIÆ A.C. 1669.

à
Chriſtiano Paulli
Sim. Fil.

SECTIO I.

Præmittit quæſtiones Medico Practico haut inutiles, quarum prima eſt, quam proponit

ARTICULUS I.

An cum fructu aliquis medicamentum præſcribere poſſit, quod ipſe nunquam inſpexerit? N.

QUantum Botanices cognitio accuratior ac viva inſpectio plantarum artem Medicam facturo & promittat & conferat fructum, non eſt, ut hîc explanem fuſiùs; cùm vel ipſi Pharmacopolarum filii, cùm tot formulæ, quas præſcribere nullus cum fructu poterit, niſi inſpectis, quæ ingrediuntur, ſingulis, eorumque, ſi quis ineſt, cum odore, tum ſapore, pleniùs exploratis, manifeſtiſſimè poſſint docere. At tamen quò uſus hic planior, quò illuſtrior eſt, eò nonnullos videas negligentiores in ſtudio ejus pertractando. Cùm error, neſcio quis, animos occu-

paverit nonnullorum, medicamina nunquam ſibi viſa, & quorum virtus ex libris tantùm innotuit, poſſe omninò ſe præſcribere, ac artem ipſam facere. Et verò faciunt nonnulli, quos ipſe memini me noviſſe. Sed quo commodo, quo fructu id fiat interdum, ne alios alto ſpreviſſe ſupercilio videar, non tangam. Illi profectò non longè diſcedunt à Pamphilo, cujus mentionem fecit Galenus, qui ne per ſomnium quidem herbas noverat, quas tentabat deſcribere & vires deprædicare. Non aliter faciunt, qui conſpecta nunquam, nec explorata altiùs, ab aliis tantùm commendata, aut decantata in libris ſatis audacter ægris ſuis præſcribunt. Jure merentur illi, quam Philoſophus quidam Phormio, cenſuram: Cui, cùm coram Hannibale, qui tot annos cum populo Romano gentium victore certârat, aliquot horas diſſeruiſſet, de Imperatoris officio, reliquis admirantibus, & quid de hoc Philoſopho ſentiret, ex Hannibale quærentibus, hoc elogium ſcilicet tribuit Hannibal, multos ſe deliros vidiſſe ſenes, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem. Hoc aptè convenit in illos, qui tantùm ex libris cupiunt ſapere, ac artem Medicam exercere. Duplex autem illis naſcitur incommodum, ut & alienis videant oculis & ignorare cogantur interdum ipſam vim rei Medicam. Prius in aprico eſt, quòd ultra authores ſuos non ſapiant tales, cum quibus etiam errare haut raró coguntur inſigniter. Poſterius & ipſum eſt manifeſtiſſimum, cùm ſpecificus (ut ita dicam,) qui ſingulis ineſt plantarum, ſive odor, ſive ſapor, unde vis eſt Medica

dica exploranda penitiùs, exprimi haut queat ab authoribus. Quòd odor hic mitis ſit, ille vehemens, hic gratus, ille ingratus, hic aromaticus, ille minùs (quod ſuo modo aſſerendum itidem eſt de ſapore) id quidem in proclivi eſt docere. Aſt quomodo e. g. hic odor aromaticus alius ſit in cinnamomo, alius in croco (quod de ſapore dicendum pari ratione eſt,) minus eſt integrum exponere, ſed ad id cognoſcendum rectiùs, neceſſe eſt ipſum adhibeas ſenſum. Cùmque pro diverſitate ſive odoris, ſive ſaporis haut difficile ſit diverſas divinare virtutes, quin gradus etiam ipſos, quoad quidem licet, determinare; neutrum ritè præſtabit, qui ſenſum negligit in his cognoſcendis. Quocirca medicaminum ſive ex regno vegetabili, ſive minerali, aut aliunde depromptorum naturam haut faciliore negotio perdiſcet tyro, quàm ſi ſingula accuratiùs inſpecta ad odoris juxta ac ſaporis, neque non operationis chymicæ examen vocârit, cùmque illis conjunxerit cùm ſedulam authorum lectionem, tùm peritiam rerum quotidie incidentiũ crebriorem. His poſitis fundamentis, tum demùm licet tutò progredi in formulis præſcribendis. Verũ eò progreſſi nonnulli ſunt audaciæ, ut obſcuriora, nec unquam ſibi viſa, ut fallant ſub arcani nomine neſcio quo vano, commendent, & de iis judicent, ceu de colore cœcus: Obvia autem quævis, quæque videndi copia ſit paſſim, negligant. Et quamvis ab his rarioribus parùm ſæpe commodi liceat ſperare, æſtiment tamen: Nec non fidem habeant, quæ

de his aut proferuntur, aut in Scriptoribus occurrunt, omnibus. Sed facilè decipiuntur in rebus naturalibus creduli, qui quibuſvis aures ſuas patefaciunt fabulis. Rectè SPERLINGIUS, Profeſſor olim Witebergenſium celeberrimus, Phyſicum vetat eſſe πανυπειθέα. Et verò ſi ſaltem ad plantarum apud Indos naſcentium Scriptores attendas, quæ ibi, quæſo, fabulæ de herba alia vitam mortemque prænunciante, de alia certæ amorem virginis conciliante, de aliis alios edentibus effectus, conditionem naturæ longè ſuperantes, circumferuntur. Non tàm igitur ad authoritatem dicentis, quàm ad id, quod profertur, eſt attendendum: Idque potiſſimùm in rebus naturalibus æquè ac Medicis, in quibus multi gloriam captant ex experientiis, quas aut ipſi falsò commenti ſunt, aut ab aliis traditas, pro ſuis venditant. Unde & poſteri minùs cordatiores, & ad authoritatem potiùs dicentium, quàm rei ipſius nervum advertentes, decipiuntur facillimè, donec aliquis tandem aliquando

Quem de meliore luto finxit præcordia Titan.

A tot uſque temporibus credita oſtendat eſſe falſiſſima. Quæ cùm ita ſe habeant, cautè progrediatur artis Medicæ tyro, nec alienis, in quibus liceat propriis, oculis utatur. Sequitur nunc quæſtio altera, quam proponit

ARTI-

ARTICULUS II.

An Medicus domeſtica, ſi morbo ſint curando paria, præferat exoticis, & citò debeat & vilioribus prodeſſe pauperibus?

Aff.

DAri unicuique regioni, quo ſe commendet præ cæteris, res loqui ipſa videtur, nec peculiarem expoſcit commentarium. Miſſis, quibus unaquæque regionum excellit, vel verbo hîc placet, quæ ad artem Medicam faciunt, & medicamina præprimis attingere. Gaudet unaquæque regio & plantis ſuis & mineralibus, quæ non endemiis tantùm, ſed & epidemiis morbis abunde ſufficiunt curandis, nec morbus datur ullus, cui ſua non reperiatur in ſingulis fermè terris Medicina. Quod quidem ſi verum eſt, de noſtris certè locis omnium eſt veriſſimum: Singulis quippe morbis, & ipſi etiam lui venereæ, ac Arabum elephantiaſi ab exteris ad noſtrates contagio quodã transfuſis ſua affatim ſuppetunt medicamenta, ut opus non ſit exoticis. In quo quidem argumenti genere occupati fuerunt viri quantivis pretii. Præ cęteris tamen hîc punctum meretur omnium aureus ille, ac æternis laudum præconiis maximè dignus incomparabilis Medici ac Profeſſoris Hafnienſis BARTHOLINI, Patroni mei ſummè obſervandi, liber de domeſtica Danorum Medicina, in quo non minùs nitidè, quàm nervosè id egit, ut noſtratibus medicamentis & dignum ſtatueretur pretium, & ſic vilioribus potiùs, quàm

pretioſis finem conſequi medentibus liceret. Hinc non longas tantùm damnat, & citra judicium congeſtas nonnullorum compoſitiones, ſed & tradit etiam inſuper, vel uno ſimplici plus interdum, quàm tot pretioſis, tot longis, tàmque pompoſis compoſitionibus poſſe obtineri. Quò reſpicere etiam videtur FRANCISCUS JOEL, Gryphiswaldenſium olim Phyſicus ac Profeſſor celeberrimus, qui praxin ſuam Medicam poſteritati relictam ad plantas direxit vernaculas, ratus, minùs ſubeſſe periculi, ſi ea, quæ domi naſcuntur, in uſum Medicum trahantur potiùs, quàm ſi ſub ſpecie ſecretioris pharmaci talia ſæpe ægris propinentur, unde non leve oriatur periculum. Hinc tàm accuratam domi procreſcentium habuit notitiam, ut nullum ipſum eorum fugeret, cujus certum etiam ſibi non daretur experimentum. Dum autem toti ſunt in laudibus domi naſcentium viri antè laudati, non rejicere exotica, cùm, quæ maximam partem cordialium conſtituunt, aromatica, ex cenſu ſint eorundem; ſed carpere omni jure videntur abuſum illorum inſignem; cùm quod citra neceſſitatem haut raró & magno ſumptu à noſtratibus in uſum vocentur in illis morbis, quibus ſufficiunt domeſtica: Tum quòd multa ſic ſatis pretioſa ac permagni æſtimata longis ſuperentur paraſangis à noſtris vilioribus; quòd aut ipſa nullius ſint frugis, adeòque inferiora noſtris; aut quòd caſſa, ac ſucci pænè omnis expertia ad nos advehantur demùm. Prioris exemplo ſunt tot veterum ac recentiorum

laudibus

laudibus celebrata, lapis Bezoar, unicornu verum, ebur, margaritæ, & lapides pretioſi, quibus & cardiaca vis & alexipharmaca, quam in virtute diaphoretica quærunt potiſſimùm Patroni eorundem, adſcribitur. Sed multis nominibus præferri ipſis merentur cornu cervi philoſophicè (ut vocant) præparatum, ſal ſanguinis cervi aut cornu ejuſdem aut urinæ volatile; aut alia ejuſdem generis viliora, in quibus plus opis ac ſubſidii quã in omnibus illis eſt ponendum. Poſterioris ſunt herba thee ex Indis ad nos delata, quæ in cordis viribus mirificè reparandis; radix chinæ, quæ in lue venerea, ac Arabum elephantiaſi, tamariſcus, qui in lienis (ut loquar cum veteribus,) obſtructione, contrayerva, quæ in febribus malignis, ſcorzonera Hiſpanica & ſcordium Creticum, quæ utraque in peſte, febribus malignis, & aliis affectibus; & cætera, quæ in cæteris (quæ hîc quidem compendii ratio vetat commemorari,) ad cœlum uſque ſolent extolli. Sed longo relinquuntur intervallo à noſtratibus. Et quidem herba thee á meliſſa, floribus tunicæ, borraginis, violarum, roſarum ac ſimilibus: Radix chinæ inſipida ac pulverulenta (cenſente ipſo SENNERTO) ad nos advecta demùm, (unde & parvi ducitur JUL. PALMAR. de lue venerea cap. 14.) à caryophillata (utpote aromatica) fumaria, chamædri, chamæpithi, ſcabioſa, & aliis id genus. Tamariſcus ab herbis aut aliis rebus ſale volatili abundantibus. Contrayerva à carduo benedicto, carlina, angelica, & aliis ejuſdem generis.

Scorzonera Hiſpanica , ac ſcordium Creticum, cùm utrumque (teſte Magno BARTHOLINO, lib.de dom.Dan.Med.diſſ.5.)ad nos emarcidum deferatur , à noſtratibus ſcorzonera ſcilicet ac ſcordio. Quæ cùm ita ſe habeant,haut abs re videntur facere,qui à contemptu vendicent noſtratia , ut rectiùs conſulatur pauperibus , quibus & compendiosè & vilioribus , quantum quidem morbi ratio permittat,mederi,ac boni Medici eſt ac periti. Quod etiam tyrones à primis uſque praxeos ſuæ annis attendant,ut & vilioribus & compendioſis ſint in quovis morborum genere medicamentis , quæque pluribus faciunt ſatis indicationibus inſtructi. Utriuſque vilioris juxtà ac compendioſæ curationis non deſunt in libris Medicorum exempla. Prioris quidem (ut unum ſaltem atque alterum attexam,) apud RIVERIUM lib.4.praxeos Medicæ cap.8.ubi ſtercus aſininum commendatur in hæmorrhagia,in qua & ſuillum recens. Quæ quidem proprietate occultâ putat ſanguinem cohibere ; quàm manifeſtâ autem id præſtent,infra dicetur à nobis in doctrina de odoribus. Oſſa bufonum fronti laborantium applicata in eodem caſu ceu ſingulare arcanum multis olim verbis à Dn.D.KOLFINCIO coram memini nobis commendata. Quibus adhuc ſuperior omnibus eſt turunda ex fungis τȣ̃ ἰσχαίμȣ exiccatis parata,& naribus indita laborantium. Cujus tanta vis eſt,ut ad miraculum ſiſtat fluxum ſanguinis contumacem,& medentium conatus omnes eludentem. MÆBIUM p.m.Profeſſorem quondam Jenenſium celeberrimum,graviter ac periculosè

hæmor-

hæmorrhagiâ laborantem, fruſtra tentatis omnibus acre pene conclamata vel ſolâ hujusmodi turundâ, memini eſſe feliciter redditum ſibi ipſi. Cujus remedii periculum vel centies eſt factum & amplius. Ratio & ipſa eſt plana, quod ob viſciditatem fungis vis occludendi inſit inſignis. Stercore anſerino quid vilius eſt, & tamen vis ejus antiictericа celebratur paſſim. Quid humano abjectius, & tamen anginæ ſolatium eſt. De quo & ipſo duæ extant obſervationes, altera RIVERII obſerv. XXXVIII. Altera ZACUTI LUSITANI obſ. 89. lib. 3. utraque docet, ſtercoris humani uſum aliquando proficuum fuiſſe in peſte: Verba RIVERII etiam LUSITANUM ibi laudantis hæc ſunt: *In eadem peſte tres ejusdem familiæ, Martius nempe uxor & ſoror illius peſte correpti ſunt, ſtercus proprium cum propria urina diſſolutum & linteo colatum hauſerunt, unde graviſſimus vomitus, & alvi fluxus obortus eſt, & omnes à peſte immunes evaſerunt.* Hactenus ille. Flores ſambuci ad Mi in lacte vaccino cocti & exhibiti defectui lactis mederi creduntur tantopere CHRISTIANO LANGIO in miſcell. curioſ. Med. cap. 19. pag. 46. ut omnibus aliis longè lateque anteponat. Fumus ex abſinthii floribus exiccatis ac carbonibus injectis ore exceptus mitigare mirum in modum ſolet dentium dolores exquiſitiſſimos, quod expertus in me ipſo didici. Vapor ex decocto cardui benedicti in aurem immiſſus difficultate auditus laborantis, magnarum æſtimatur virium, ſi cætera eluſerit medi-

camina morbi ipſius pertinacia. Urina mariti epota mirificè creditur partum difficilem curare. Quod pari ratione præſtat flâvedo apicis liliorum alborum. Annus nunc agitur cum ſemeſtri, cum Prænobilem ac Generoſam fœminam in his locis tantis à partu doloribus, ut abeſſe propius ab ipſo Acheronte videretur, laborantem, pelle agnina recens detracta & adhuc calida ventri ejus applicata, cum admiratione adſtantium, Dei gratia reſtituerem, ut vix quatuor horis elapſis vegeta videretur & ſana, quæ quidem ſanitas|cadere in hujusmodi fœminas poteſt. Et poſſem, ſi res exigeret, id in omnibus pene morbis oſtendere. Poſterioris itidem in promptu exempla ſunt. Quartanæ compendioſè curatæ meminit TIMÆUS von Güldenklee. libro 8. de febrib. caput XVIIII. in quodam Hiſpano, cui coctione apparente circa veſperam diei paroxyſmum præcedentis exhibuit Cremoris tartari drachmam unam in jure carnium non pingui. Altero die invaſionis manè jejuno ventriculo præbuit mechoacannæ nigræ drachm. dimidiam & 5. grana cum granis quatuor tartari vitriolati in vino abſinthite. Una item & altera hora à ſumpto medicamine ingentem craſſi ac fœculenti, quem melancholicum appellat author, humoris copiam egeſſit æger, & recreatus eſt pedetentim. In qua quidem hiſtoria (ut obiter id intertexam) duo ſunt tyroni obſervanda, cum quod purgante, tum quod ipſo die

inva-

invaſionis uſus fuerit Timæus: Illud morbum exaſperare videtur potius, quam mitigare: Hoc vero ſanis rationibus reluctari, quod ſic duo dentur, cum quibus confligendum naturæ eſt & purgans ipſum, & paroxyſmus. Verum notandum eſt, non temere niſi præſente coctione purgans eſſe propinandum, eoque tardius, quo humor peccans viſcidior ſit, adeoque in quartanis, cum ad humoris ejuſmodi præparationem mora opus longiore ſit, tardiſſimè: Deinde ipſo quidem die invaſionis nondum tamen præſente paroxyſmo, ſed aliquot horis antè, ut effectus, impetum jam ipſum faciente paroxyſmo, ſit abſolutus. Arcana hæc veluti eſt febres curandi intermittentes ratio, ſed ſingulari opus eſt judicio medentis, ac ægri naturam expendentis probè, ne curando citius gravius adferat periculum. Contra qui faciunt, ipſo jam urgente paroxyſmo purgans tale propinantes, in cauſa ſunt ſæpius, ut intermittens & omnis expers periculi in continuam vertatur, & ægrum non raròipſum è medio tollat. Ante ſemeſtre circiter in his locis vir quidam Honeſtiſſimus pilulas acceperat ab empirico, quas ſumpſit ex ejuſdem præſcripto, ipſo jam apparente paroxyſmo: Sed utentem excepit ingens ſymptomatum, quæ mortem ipſam videbantur minari, vehementia: Ex cujus faucibus ipſe jam tum vocatus, Deo Optimo Maximo propitio, eundem eripui. Quartanam jam pæne conclamatam in vetula compendiosè admo-

modum ſolo nimirum clyſmate, cui præter alia ingredientia, tincturæ ſuæ vitrioli balſamicæ admiſcuit drachmas duas, præter expectationem omnium ſe reſtituiſſe, commemorat antè laudatus LANGIUS lib. antè citatô cap. XI. pag. 30. Paulo poſt idem alia viâ in quartanis itidem compendioſa uſum ſe tradit fuiſſe ſæpius, nempe purgantibus & emeticis ſpagyrico labore paratis, & extollit inſuper in tali caſu pilulas ſuas catholicas tam Martiales, quam antimoniales. Sed uti hic in purgantibus, ceu antè innuimus, opus cautione eſt, ita in emeticis præprimis, ne celerius properando mali fomitem non foveamus tantum, ſed & magis magisque augeamus. Ante menſes aliquot in hac vicinia quartanarius quidam, neſcio cujus ſuaſu quinque grana ſumpſerat vitri antimonii, ſub ipſum pene morbi initium; ſed tanta ſubſecuta eſt ſymptomatum caterva graviſſimorum, ut & ægro & Medico multum faceſſerent negotii, pauciſque jam æger paſſibus ab orci faucibus ipſius videretur abeſſe. Partus etiam difficilioris curationem inſtitui poſſe compendioſam vel ſolo clyſmate, ſi medicaminum uſus reliquorum fuerit fruſtaneus, author eſt antè laudatus TIMÆUS von Güldenklee Epiſt. Medic. XVI. lib. 6. Et vero ipſi ante aliquot menſes eandem felici cum ſucceſſu inſtitimus viam in fœmina quadam Honeſtiſſima integrum triduum partu difficillimo laborante, altero etiam brachio fœtus jam emortui protenſo. Quæ quidem ipſa, fruſtra jam in

uſum tractis tam internis quam externis, cum obſtetrici & adſtantibus reliquis conclamata videretur ejus ſalus, ſolo clyſmate ex uterinis pariter ac emollientibus conflato. Divino Numine propitio liberata eſt à fœtu etiamnum vegeta ac ſuperſtes. Anno ſuperiore, ſi meam hic fas ſit experientiam citare, multos febre intermittente laborantes compendioſè (abſit faſcinum) reſtitui, præmiſſis tamen præmittendis (vel venæſectione, ſi è re videbatur, vel clyſtere) ſequenti & bilis ferociam refrænante, & eliciente ſudorem pulvere.

℞ C.C. phil. præpar. ʒij.
Salis prunel. ℈j.
Antimon. diaphor. gr. viij.
M.D. in 2. part. æq. S.

Ein Fieberpülverlein auf 2. mahlen.

Huncpulverem ægro ſe paululum ad ſudorem componente, in aqua cardui benedicti aut alia ſpecifica aliquot ante paroxiſmum horis curavi propinandum. Die intermiſſionis præbui per vices unum item & alterum cochlear ſequentis, quæ in uſu mihi frequentiore eſt, mixturæ.

℞. Aq. Petroſelin. Unc. 2.
Card. benedict. Unc. j.
Cichor. Unc. unam cum dimid.
Theriac. ſimplic. Drachm. vj.
Sir. de 2. radic. aper. Unc. j.
Spir. Sulph. campan. ſcrupul. dimid.
M.F.S.

M.F.S. Ein Alterierende Mixtur.

POſtera luce alteram partem pulveris antè dicti, (ſi opus fuerit, nonnulli enim reſtituti ſunt ſumpto tantum priore) juſſi propinari. Et ſic fomes ille febrilis in multis eſt diſcuſſus. Si vero multum negotii dederit pituita (quæ quidem in omnibus peccat intermittentibus, in aliis tamen magis, in aliis vero minus) pulverem, quem una item & altera ante paroxyſmum hora præbendum curavi, ita immutavi.

℞. C.C. philos. præpar. ſcrupul. 2.
Salis card. benedict.
Centaur. min. an. gr. vij.
M.D. in 2. part. æq. S.

Ein Schweiß-Pülverlein auf 2. mahlen.

HIc pulvis tali videtur caſui maximè accommodatus, cum & pituitam incidat, obſtructiones pancreatis, ceu genuinam febrium intermittentium matrem reſeret, ſudores moveat & urinam, & ſalium ratione alvum in nonnullis blandè ſolvat. Diebus autem intermiſſionis, vel ſequenti, vel alia ad ſimilem modum formata uſus ſum mixtura, quæ & ipſa in multis mihi morbis inſtar polychreſtæ habetur.

℞. Miſt. ſimpl. ſcrup. 2.
Eſſent. abſinth. ſcrup. j. & dimid.

Spir.

Spir. Cochlear. ſcrup. j.
Tarta. ſcrup. dimid.

M.F.S. Ein Schöpfr-Mixtur.

Vel illa. ℞. Elixir. propriet. Parac. ſcrup. 4.
Eſſent. Abſinth. drachm. j.

M.F.S. Ein Fieber-Elixir.

UNde pro diverſitate vel ætatis vel conſtitutionis ægrorum vel ſcrup. dimid. vel integrum aut in aqua appropriata ut ſumar. cum ſir. Acetoſitat. citr. mixta aut in vino exhibui. In quo quidem caſu non citra fructum poterit adhiberi ſal illud volatile oleoſum Sylvii, ſin ejus datur copia. Ad ductum & imitationem ejus parandum aliquod curavi in pharmacopolio noſtro Hadersiebienſi ex Spiritu ſalis armoniaci cum oleo angelicæ. Ex quo aliquot guttæ in vino poſſunt præberi. Sed ſi æger bile abundet, aut parcior ejus ſit uſus, aut planè etiam ab eo abſtineas. Memini enim adhuc, cum Lugduni Batavorum viverem, Medicum quendam in viro febre quidem intermittente tertiana laborante, ſed bilioſo, crebrius fuiſſe uſum ſale volatili oleoſo Magni Sylvii, remedio alias polychreſto ac planè inſigni, ſed non citra fructum tantum, ſed etiam cum ſummo ægri incommodo, cum calor in dies febrilis ingraveſceret. Diſpar vero in febribus procedendi intermittentibus ratio eſt, ſi aut malignæ ſunt (dari autem malignas inter-

mit-

mittentes, non heri demum innotuit aut nudius tertius) Aut ſi cum aliis ſymptomatibus conjunctæ ſunt gravioribus , vel in corpore cacochymico vel in ſenibus aut in infantibus. Placuit hic tangere ſaltem per ὕστερον ac πρότερον quædam generaliora. Et hæc obiter de cur ationibus compendioſis. Quæ non eo dicuntur , ut feneſtram patefaciamus Empiricis ac ſycophantis hodiernis , qui juſto compendioſiores , & tantum non aureos pollicentur montes cum ſummo ægrorum detrimento :aut tyronem deterreamus à methodo medendi , ſed oſtendamus ſaltem , quomodo eadem varianda ſit pro varietate circumſtantiarum ac ſymptomatum , quorum vehementia etiam non raro ſuadet , ut deflectamus ab ipſa, & contra ſymptomati eamus potius quam cauſæ, ne idem nobis , quod olim VESALIO Anatomico ævi ſui Celeberrimo fertur contigiſſe. Qui (teſte Ayrerio in informat. Med. Practic.) cum ad ſententiam Galeni in febre continente ſanguinem ad animi deliquium detraxiſſet: Adſtantes vero ei dixiſſent, cum ægrum animi deliquio correptum ac jam jam moriturum vidiſſent , *Domine Doctor , patiens morietur.* Reſpondit : *Moriatur ergo juxta canonem.* Et quamvis tyronibus non detur hæc imitari: ſtatim tamen ab ipſis tyrocinii annis dent operam , ut & viliora & domi naſcentia , quæque faciunt non uni ſatis indicationi medicamenta & cognoſcant rectius , & quid virium inſit, ſimplicioribus , ut ſic compendioſis aſſueſcant, quæ metho-

methodum tamen neutiquam reſpuunt, curationibus. De vilioribus & domi naſcentibus nonnullis, de curationibus itidem compendioſis ὡς ἐν παρόδῳ eſt dictum. Quæ autem pluribus ſuccurrunt ſymptomatibus, æquè plana ſunt ac perſpicua in morbis etiam quibuſvis. Sic in phthiſi (ut unum item & alterum hic laudem, ſed citra ordinem) una eſt inſtar omnium, quæ & temperata eſt, & expectorandi pariter ac conſolidandi ulcus, virtute pollet, ſcabioſa, cui meritò in pari morbo inter alia ſat multa accenſueris balſamum ſulphuris ſive aniſatum, ſive terebinthinatum: Prioris experimentum ac dotes oppido præclaras didici olim in inclyta Salana, in ſtudioſo quodam tenuiore, cruentis exſpuitionibus ac purulentis, animi deliquio & aliis ſymptomatibus laborante graviſſimis, qui opem meam implorabat, ſumptuum prætendens tenuitatem, medicamentis comparandis imparem. Ipſe vero, cui jam tum ad manus non erant medicamina, ne omni orbatum ſolatio deſererem, author extiti ac ſuaſor, ut vel ex ſola ſcabioſa, ſatis ſibi nota decoctum pararet, eoque in dies ac crebrius, diætæ ratione, quantum quidem vitæ ipſius conditio permitteret, probè obſervata, uteretur. Meum ſecutus conſilium, Deo adjuvante benignius, intra paucas hebdomades non reſtitutus quidem integrè, ſed mirum in modum, ut ſua obire negotia ritè potuerit, recreatus eſt. Poſterioris ſpecimina in phthiſicis periculoſè decumben-

tibus egregia à Magno SYLVIO Lugduni Batavorum edita obſervavi & ipſe etiam expertus ſum. In numero eorum, quæ pluribus medentur ſymptomatibus, haberi omni jure poteſt ſemen aniſi in epilepſia infantum, ab Heurnio tantopere in morbis decantatum infantilibus. Cum enim plerique infantum morbi, quæq; huic ætati frequens, ac maximè familiaris eſt, epilepſia ſuum ducere ortum queant à pituitâ, flatibus ac vermibus, magnæ videtur commendationis hoc ſemen, quod virtute ſua aromaticâ pituitam incidit, flatus diſcutit, & vermes ſua enecat acrimonia. Non citra fructum igitur poteſt pulveribus infantum admiſceri. Non enim audiendi ſunt, qui citra diſcrimen adverſus infantum epilepſiam pulveres commendent ex meris adſtringentibus, coralliis ſcilicet, cornu cervi uſto, oculis cancrorum, cranio humano & ſimilibus. Quamvis hæc vi ſua adſtrictoria partes infantum debiles corroborent & ſic proſint mirum in modum, ad mali tamen hujus cauſam, trigam nempe humorum antè memoratam, quibus abundant præprimis, eaque propter crebris catharris ac tuſſi expoſiti ſunt infantes, oportet reſpiciamus. Quibus ita ſe habentibus, in pharmacopolio noſtro pro infantibus ſequentem, & cujus uſum non ſemel mirificum, ſi aliquot grana pro ratione ætatis propinentur, expertus ſum, pulverem parari juſſi.

℞. Cornu

℞ Cornu cervi uſt. ſcrup.j. & dimid.
pulv. rad. pæon.
ireos florentin.
Sem. Aniſ. an. ſcrup. dimid.
Ungul. alc. præp. gr. iv.
Lapid. Bezoar. oriental. gr. iij.
Magiſt. cran. human:
Oculorum can. an. gr. j.
Sacchar. parum. M. F. L. a. pulv. ʒß.
S.

Ein Kinder pulver.

PAri ratione ceu egregium ac pluribus ſatisfaciens commendari meretur in affectione hypochondriaca ſal volatile oleoſum, cujus antè facta mentio eſt, Sylvij; Rhabarbarum toſtum, tamarindi, Myrobolani in diarrhæa, Centaurium minus in febribus intermittentibus, Fumaria, cochlearia & alia ſalibus abundantia volatibus in quartana, caſtoreum in hyſtericis, & ita cætera in cæteris, quibus ſuperſedeo, ne latius videar & extra oleam vagari, non medendi methodum meditatus, uberius in hoc articulo exponendis.

SECTIO II.

Inquirit, an, & quid locus natalis, humor contentus, color ac ſignatura conferant ad facultates ſimplicium cognoſcendas. Et quidem quid locus natalis,

ARTICULUS I.

AD indolem poſſe viresque plantarum cognoſcendas conferre loci genium, vel inde videtur conſtare, quod pro varietate ſoli varia & ipſa ſit è terra naſcentium natura. Hinc calidiora in locis calidioribus, humidiora in humidis, in frigidis frigidiora procreſcunt: Unde etiam humidiora illa, beccatunga, Nymphæa, platanus & alia id genus aut rivo gaudent, aut locis ipſi vicinis. Quæ ejuſdem etiam ſunt ſpeciei, temperie ac viribus variant multum pro ſoli varietate, cum ſub eadem, tum diverſa temperie aeris, illud patet in angelica, quæ multum variat ratione natalium: Montana enim (teſte CL. HOFMANNO de medic. officinal.) non tantum ad tertium gradum calid. ad ſicc. adſcendit, ſed & quartum. Aquatica vero in ſecundo ſubſiſtit, hoc in chamædri inter alia, de qua idem libro 2. capite 60. his verbis: *De facultа-*

cultatibus ita ſentio , non differre quidem inter ſe (varias nimirum chamædrios ſpecies) *ſed non aſcendere in noſtro climate natas, quo olim Cretica vel Romanæ.* Et paulo poſt addit. Quod igitur GALENUS 8. ſimplic. ait, *chamædrin eſſe calidam & ſiccam in tertio, ſed ita ut ſiccitas prævaleat, accipio de exoticis. Quod autem Averroes, ſubſiſtere in ſecundo, de noſtra.* Hactenus HOFMANNVS. Hæc cum ita ſe habeant, magnam cernere datur & ſoli & aëris intuitu diverſi differentiam plantarum, ſponte ſua in his vel illis locis naſcentium, in illis vero minus. Non dicam nunc de India, Arabia, Hiſpania, Italia ac Gallia, ceu locis remotiſſimis, quod citra colentium induſtriam aromata in iis præſtantiora proveniant, quæ vix in hortis cicurari aut produci feliciter poſſunt. Sed quod Thuringia pariter ac Miſnia loca nobis aliquanto viciniora multas plantas eaſque planè egregias, quæ coli pleræque noſtratibus ſolent in hortis, ſponte fundant ſua, id tangam obiter, tranſcurſim velut unam & alteram, quam obſervare contigit jam tum in illis locis viventi, recenſiturus. Ingens datur in ſylvis prope Jenam & aliis Thuringiæ ac Miſniæ locis ubertas egregiæ illius, quæque manus inſtar Divinæ in tot affectibus eſt, ſcorzoneræ, ceu teſtis etiam eſt locupletiſſimus, CL. MICHAEL FEHR in tractatu ſuo de ſcorzonera capite quarto. Ornant etiam Thuringas æquè ac Miſnicas ſylvas, Elleborus Hippocratis, hepatica nobilis, herba paris, ſcolopendrium, Chri-

 ſtophe-

ſtopheriana, chamædris vera, ſeſeli æthiopicum & alia id genus. Montes vero ac prata ſuperbiunt, Dictamno Germanorum, libanoti, rorella, gnaphalio, flore Adonis, ulmaria, verbaſco, ſalvia Romana, ceterach & id genus ſimilibus. Aſarum autem, pimpinella ſanguiſorba, lapathum ſanguineum, Ariſtolochia longa, eringium, conſolida Regalis, ſcordium, obvia paſſim ſunt, ſi pedem extuleris Iena. Carlina, caryophillata, origanum, valeriana, pulmonaria maculoſa, Borrago, tormentilla, & alia plura, ſi iter Lipſiam aut alio feceris, mirifica ſui copia, & coloris varietate tuos intuentis oculos remorantur. Præter enumeratas & alias, quas ſtudio brevitatis hic omittimus, quasque ſponte quotannis ſat benignè effundit tellus Thuringa juxta ac Miſnica, ingens quoque copia ibi datur rariorum plantarũ in hortis Magnorum virorum, quibus ſuperſedeo recenſendis, cum abunde pateant ex catalogo edito à Dno D. SCHENCKIO Medico ac Profeſſore Ienenſium Celeberrimo: Ex iis, quæ levi tantum penicillo adumbravimus, apparet nunc ſatis, quantum ſit poſitum in cœli ac ſoli diverſitate, cujus etiam tanta vis eſt, ut notæ deterioris plantas in meliores convertat & vice verſa. Quod quidem jam olim agitatum fuit inter Cardanum & Scaligerum, & aſſerendum videtur omnino. Etenim cum ſæpe partes dentur in plantis heterogeneæ, fieri poteſt, ut in venenatis nonnullæ inſint partium ſalutarium. (Dari autem hujuſmodi res in India, quarum aliæ partes

vene-

venenatæ ſunt , aliæ in alimentum cedant, & palam eſt, & extra controverſiam) ſi ſolum igitur hæ mutent, ſi ex frigido ad calidius transferantur, jam tum coctiores reddi, & benigniorem nonnullas induere naturam (quamvis virus non prorſus ſuum abjiciant) poſſe , non uſque adeo videtur abſurdum. Cui quidem ſententiæ nonnihil inde lucis datur fœnerari, quod multa venena lædant ſulphure ſuo crudo, narcotico ac ſtrictedicto ſeu maligno, quod coctione poſſe, ſi non prorſus tolli, at certè emendari; vero videtur ſimillimum. Quod autem ſorba poma mortis ac maximè perniciofa in Perſia innoxia reddi queant ſub cœlo ac ſolo Italico, ceu CARDANUS ſtatuit , id in dubium vocatur à SCALIGERO Exercit. 153. quod cœlum Perſicum Italico calidius ſit, adeoque coctio perfectior ibi ſit ſperanda. At verò hic non primæ tantum ſoli qualitates , ſed ejus vel benignitas vel malignitas eſt advertenda. Dantur enim loca , quæ ratione ſuæ malignitatis plantis venenatis undiquaque ſunt referta. Sic caput viride Africæ promontorium tam refertum nunciant venenatis ſtirpibus , ut plurimi amœnitate loci deliniti ex eſu earum ſtatim occiderint. Eodem nomine olim infamis erat Ponti regio, unde viroſa dicitur VIRGILIO Georg. 1. Eclog. 8.

——— *Hæc Ponto mihi lecta venena.*

At verò , ut ut magna vis ſit poſita in ſoli genio ipſius ac indole diverſa (ceu dictum eſt) &

nonnihil inde poſſe argumentorum promi videatur ad vires ipſas dignoſcendas, cum calida locis delectentur calidis (ut modo oſtenſum eſt) humida humidis: Non immotæ tamen hæc ſunt veritatis, nec tam firmo ſtant talo, quin ſuam patiantur exceptionem. Pulegium inſigniter calidum eſt: Et tamen loca interdum amat frigidiora. Hinc BELLONIUS, penes rivum, inquit, obſervationum ſuarum prima & ſexageſima, naſcuntur, uti apud nos, ſiſymbrium, pulegium, conyza. Laurum temperamenti calidioris arborem perenni virore ac perpetua fronde in maximā proceritatem in locis Zelandiæ frigidioribus aſſurgere, & baccas proferre oblongas maximè in diſcutiendis flatibus ſalubres, nec, quæ à calidis regionibus adferuntur, viribus cedentes, author eſt LEVINUS LEMNIUS capite quatto libri quarti de occultis naturæ miraculis. Audiamus hac de re ſubtilitatis Magiſtrum SCALIGERUM lib. de ſubtilit. contra Cardanum Exerc. 140. *Quid mirum, inquit, eſt, in frigidis calida naſci? Nam ſi apud Indos & in Ægypto frigidarum proventus eſt herbarum, quare non in frigidis calidæ?* & paulo poſt. *In Ægypto frigidiſſima naſci argumento eſt opium, in India cacao. Quæ arbor eſt (eodem teſte) folio caſtaneæ fructum ferens amygdali ſpecie: Rubicundo tum cortice tum nucleo, ex quo fiunt ſorbitiunculæ refrigerantes, eam ob cauſam adeo expetitæ, ut cum eis quidvis vel pretio vel uſu carum facilè commutent.* Ex quibus jam omnibus planum eſt ac perſpicuum, debili inniti talo,

quæ

quæ â loci natura ad facultates ſive plantarum, ſive aliorum medicaminum cognôſcendas deducuntur, argumenta.

ARTICULUS II.

SECTIONIS II.

Agit de humore in plantis contento, an & ipſe ad virium faciat dignotionem?

EX humore in plantis contento, de noxa ſive fructu earundem, ſunt qui exiſtimant divivandum. Cujus ſententiæ Patronus videtur CARDANUS, qui plantas putavit pernicioſas, quæ non ſuccum emittant viridem. Falſa autem eſt illa ſententia, & idcircò digna rigida SCALIGERI cenſura. Quamvis enim tithymalorum genera omnia lacteum præ ſe ferentia ſuccum, venenata ſint; colligi tamen neutiquam à lacteo illo ſucco, quâ tali, malignitas illa poteſt; cùm non omnia venenata lacteum referant humorem, (paucæ enim ſunt plantæ lactiferæ, venenorum autem ingens ubertas) nec quæ lacteum præbent ſuccum, pernicioſa ſint omnia. Multa ſunt in cenſu ſalutarium, unde lacteus exprimitur ſuccus, ut nobis & exemplo & argumento ſunt vel duo illa dens leonis ſeu taraxacon ac lactuca, omnium notiſſima, & hepati refrigerando apprimè accommodata. Quibus tamen ſuccum ineſſe albicantem, ac lactis colorem ipſius æmulantem, vel

filii nôrunt Medicorum. Nobiſcum ſentit SCALIGER, tragopogon, inquit, exercit. 42. lacteâ eſt radice, eâdemque innocenti, quotidiano alioquin uſu in Thuſcorum acetariis. Radici Scorzoneræ ſaluberrimæ illi ac tot practicis decantatiſſimæ lacteam ineſſe ſucculentiam, teſtis eſt experientia. Sed, utut falſiſſima ſit hæc opinio, veniã tamen mereretur quodam̃odò CARD. ſi venenoſitatis nomine tantum ſuſpectæ ipſi forent lacteæ. At verò, cùm nec his anguſtiis includatur, ſed latiùs ſe extendat ad alia, quæ vel nigro, vel flavo, aut rubicundo redundant ſucco, quæ, tantum abeſt, ut noceant, ut mirificè potiùs proſint. Ad Erebi clauſtra releganda eſt illa ſententia. Hæc enim ſi ſtaret, actum foret de hyperici ſuccum præbentis ſanguineum dotibus egregiis, ac tantùm non divinis, cum in vulneribus conſolidandis, tum ſputo ſanguinis reſtituendo, imò ſanguine ipſo concreto diſſolvendo feliciter, uti non ſemel didici in ægris. Quid futurum eſſet de ſanguine draconis, ſucco nimirũ ex arbore quadam, (ceu author eſt Carolus Cluſius,) ipsâ referente figurâ draconem, exſtillante. Cujus in ſanguinis aliiſque profluviis, quales ac quantæ ſint dotes, non eſt, ut exponam hîc, cùm vel ruſtici id fuerint experientia docti. Profectò, ſi Cardani fovenda opinio eſſet, glyzyrrhiza, unde niger, chelidonium majus, unde croceus emanat ſuccus, eſſent damnanda. Sed cùm hæc ſint ſalutaria, falſa eſt Cardani collectio, & ſtatuendum videtur potiùs, ab humore per ſe conſiderato, neque no-
xam,

xam, neque fructum plantæ alicujus, niſi alia adſciſcantur χειτήεια, poſſe divinari.

ARTICULUS III.

SECTIONIS II.

Agit de colore medicaminum, & an ille, & quid ad vires indagandas præſtet?

CUM variis ſe coloribus commendent varia medicamina, non immeritò inquiri ab authoribus ſolet, an etiam facultates medicaminum arguat color? Neque verò deſunt diverſæ opiniones ex diverſis, quæ de coloribus foventur, principiis natæ: Aliter enim hîc Galenici, aliter Chymici, aliter Cartheſiani. A motu lucis corporeæ Cartheſiani: Chymicorum verò alii à ſulphure, alii à ſale volatili, alii à Mercurio, alii à ſulphure cum ſale mixto, alii aliunde: Galenici verò à quatuor primarum qualitatum mixtione, cauſæ vicem efficientis ſuſtinente coctionis opifice calore (ceu nitidè, ut quiſquam alius explicavit Coſtæus de univerſa ſtirpium natura,) ortum deducunt coloris. Quas quidem ſententias hîc ſopire, nec noſtri eſt inſtituti, nec levis res momenti, cùm viros etiam acutiſſimos fatigarit hic labor. Sed obiter ſaltem, quantum quidem ad ſcopum noſtrum facit, an vis colligi Medica à colore queat, ſumus acturi. Et idcircò tantùm verbo de colore ipſo: Opinionem Cartheſ. refutatam aliis præterituri.

Chymi-

Chymicorum verò partim à ſale, partim à ſulphure, partim ab utroque derivantium, ſinguli non ſuis deſtituuntur fundamentis. Qui coloris ortum in ſale quærunt volatili, manifeſtâ ſe tuentur experientiâ, quod ex floribus ſale volatili gravidis, ſi vegetiores adhuc fuerint, tincturæ fiant rubicundiores. Quòd coloris nonnihil mutuari à ſale queant urinæ, patet in ſcorbuticis, quorum, quòd ſalſis abundent humoribus, urinæ apparent coloratiores; quòd etiam præprimis elucet in urinis febre ardenti aut malignâ laborantium, quarum tinctura rubicundior omninò videtur à ſalis abundantia arceſſenda, non excluſâ tamen parte tartari ſulphureâ. Neque non ſuis innituntur experientiis, qui defendunt ſulphur: cùm non ex urinis tantùm ęgrorum febribus laborantium, ſed & affatim pateat ex operationibus chymicis, quantam rebus mutationem coloris impertiri queat ſulphuris adjectio. Galenici & ipſi poſſe gloriari videntur experientiis. Diſcere enim tàm in fructibus licet noſtratibus, ut pomis, pyris, prunis, ac ſimilibus, vi caloris adeòque coctionis majoris alium atque alium, ex viridi aut albo flavum aut rubicundum acquiri colorem, quàm in exoticis. Sic fructus cinnamomi ab initio viridis, ſed maturior picis inſtar niger eſt: Et ipſe etiam cortex viridis ac inſtar luti eſt ſub lingua, ſed temporis progreſſu humiditate à ſolis calore abſumptâ rubicundior. De caryophillis referunt Scriptores Indici, quòd primò rubicundi, pòſt verò atri redduntur. Neque verò id tantùm evincitur ex co-

ctione

ctione naturali, ſed & artificiali: Uti liquet in gammaris,(de quibus fuſiùs egit Excellentiſſimus SACHSIUS in Gammarologia ſua) qui ipsâ coctione videntur ruborem induere. Quæ quidem ſententiæ, ſi hoc ageremus, inter ſe videntur poſſe reconciliari. Quòd ſulphur omninò ſit cauſa colorum, ita tamen ut ſal veniat in ſocietatem. Pro quo militant argumenta partis utriuſque antè allata. Quæ autem à coctione ducuntur tàm naturali fructuum, quàm artificiali gammarorum, neutiquam obſtant chymicorum rationibus, quòd cum ignis, tum ſolis calor ſulphur eliciat ad partes exteriores; quod autem mixtionem ex elementis attinet, quam etiam admittunt Galenici, igneæ particulæ analogiam quandam gerunt cum ſulphure; ſed cùm in præſenti non arbitros nos profiteamur litis illius, mittimus illa, obiter tantùm oſtenſuri, quid virium inde deducant Medici. Galenici ex flavo, atro ac rubicundo arguunt caliditatem; ex albo verò ac viridi frigiditatem: Chymicis pro varietate coloris major vel minor ſulphuris abundantia poteſt colligi. Sed neutra ſententia vera eſt, cùm utraque redargui queat falſitatis: Hæc quidem, quòd multa dentur & flavo & rubicundo colore inſtructa inſignito, in quibus tamen neutiquam redundat ſulphur, cùm ſæpe fiat, quòd intùs latitantes partes ſulphureæ omnes ad exteriora propellantur, ut vel gammari, ſi non alia ſuppeterent, nobis exemplo ſunt: Illa verò, quòd multa dentur rubicunda, quæ frigida, contrà verò alba, quæ calida ſunt. Prioris

exemplo

exemplo ſunt lignum Santalum, Braſilianum, flores roſarum, ceraſa, fraga, berberes, & alia id genus, quæ rubro colore induta ſunt, & tamen refrigerant. Poſterioris verò, iris Florentina, ſaccharum, alumen, ſal commune, armoniacum, calx, & ſimilia. Ex quibus jam facile fit collectu, à colore, qua tali, cùm plerumque in ſuperficie hæreat à ſubſtantia interiore diſtinctus color, vires medicaminum neutiquam poſſe deduci. Sed utut falſa eſt hæc, quam modò oſtendimus de colore Philoſophia, ſpeciem tamen veritatis quandam prima quidem fronte præ ſe videbatur ferre: Craſſiore autem filo ducta eſt illorum, qui non primas tantùm qualitates, ſed & ſpecificas, uti vocant, ab ipſis coloribus putant petendas, & ſic confugiunt ad ſimilitudinem, rati, bili flava poſſe, ſanguini rubicunda, & ſi quæ alia ſunt, quæ hîc fabulantur, mederi: Hinc quòd crocus ictero, quòd rhabarbarum bili & affectibus inde natis; quòd vinum rubrum variolis expellendis medeatur; hoc à rubicundo, illud à flavo colore eſſe derivandum, ſed vehementiſſimè errant, cùm non omnia flava ictero, nec variolis rubicunda medeantur; nec quæ ictero medentur flava, nec quæ variolis, rubicunda ſint omnia. Aliunde licet petere has dotes. Quòd enim icterum tollat crocus, non à flavedine ejus, ſed vi aperiendi, qua aliis etiam obſtructionibus pręprimis menſium reſerandis ſuccurrit, inſigni; quòd autem variolos expellat vinum rubrum, à virtute ejus adſtringendi, qua partes ad expellendum exſtimulat, *eadem ratione, qua illa, quæ comprimendo alvum laxant, ut myrobolani &*

radix

radix pontica, vulgò rhabarbarum dicta, quibus manifeſtè adſtringens vis aliqua ineſſe percipitur, (ceu probè inculcat LEVINUS LEMNIUS de occultis naturæ miraculis lib.2.c.47.) videtur arceſſendum. Quę autem de panno rubro, quem mulieres noſtræ ad variolos vehementiùs expellendos applicare conſueverunt, circumferuntur, fabulæ ſunt, & riſu potiùs quā refutatione vidētur digna.

ARTICULUS IV.

SECTIONIS II.

Agit de ſignatura, quid de illa ſit, in dignoſcendis medicaminum viribus ſentiendum?

MAximam cum colore affinitatem gerunt ſignaturæ, de quibus jam præſenti in articulo erit dicendum. Signatura autem audit figura medicaminis exterior, aut certam animalis partem, aut aliud quid æmulans, ceu in pæonia, quæ cerebri ejuſque meningum, in uvularia, quæ uvulæ, in ariſtolochia, quę uteri, in hepatica, quæ hepatis in palma Chriſti, quæ manus integræ figuram exprimit perbellè, liquidò datur intueri. De his & ſimilibus certi quippiam ſua ſignatura referentibus medicamentis quæri in ſcholis ſolet Medicorum æquè ac Philoſophorum, utrùm dotes eorundem internæ ab his quà talibus ſint deducendæ? Non deſunt, qui adfirmant, ſunt etiam qui negant. Adſtruunt, qui extra Peripatum degunt; cùm ſubinde uſu quotidiano optimo rerum Magiſtro edoceantur, pulmonariam pulmonum, hepaticam hepatis, pæoniam cerebri, ariſtolochiam uteri affectibus prodeſſe. Dari etiam

alia,

alia, quæ ſuâ quos ſignaturâ referunt, morbos etiam tollunt, uti videre licet in baccis herbæ paridis, quæ & araneæ formam ſuâ æmulantur figurâ, & in morbis malignis inſignem merentur commendationem: Doronici radix & ipſa ſuâ ſcopium exprimere figurâ, & præter alias dotes in morſibus venenatorum animalium poſſe nonnullis videtur commendari. Prætereà etiam cum herbæ, tum partes animalium ſpinis inſtructæ, ut carduus benedictus, carduus Mariæ, papaver rhæas, ſemen urticæ Romanæ, dens apri, mandibula ac crux piſcis lucii, in dolore etiam lateris inſtar ſpinarum pungente, utramque paginam credunturfacere, & faciunt reverà. Ab his diverſam fovent ſententiam Peripatetici, qui prorſus negant, ab his ſignaturis quà talibus vires poſſe derivari, cum quòd quantitatis, cujus comes eſt figura, nulla ſit efficacia. (Qua de re cùm dictum ſit in tractatu de malo citreo, cramben hîc reponere bis coctam, nefas eſt) tum quòd collectio illa non ſit univerſalis: Cùm non omnia hanc vel illam partem referentia huic etiam opitulentur: Cujus rei argumento eſt inter alia ante memorata palma Chriſti, *quæ manum* (verba ſunt Magni CONRINGII in lib. de Hermetic. Medic.) *perbellè exprimit, & tamen huic non inſigniter prodeſt, imò vix prodeſt.* Quin etiam fac omnia ſuccurrere illis partibus, quarum gerunt figuram; aliæ tamen inſunt qualitates tàm primæ quàm ſecundæ, unde virtutes medicas liceat mutuari. Quòd enim pæonia proſit cerebro, ariſtolochia utero, non a

figura

figura, ſed à vi utriuſque aperiendi ex tenui horum ſubſtantia nata, videtur petendum: Unde non hæc in cerebri, illa in uteri tantùm, ſed & aliarum partium morbis tot ac tanta promerentur elogia, ut etiam in illis partibus certum ſibi ſumant privilegium. Nec eſt, quòd nonnulli regerant, pæoniam epilepſiæ ſpecificam, ut ita dicam, & unam eſſe inſtar omnium, cùm & hæc virtus ſuam trahere originem omninò queat à qualitatibus potiùs ipſis, quàm figura. GALENUS lib. 6. ſimplic. ſiccitati id cenſet adſcribendum: Qua de re jure merito dubitavit Clariſſimus HOFMANNUS, lib. 2. de officin. cap. 67. Verba ejus merentur adſcribi: Hoc (nimirum paroxyſmum tollere epilepticum) inquit, *ille quidem* (Galenus) *refert ad* ἀναθυμιάσεις *ſiccas pæoniæ: At quia noſtra non facit, quid cauſæ dicemus eſſe? Plerique decurrunt ad occultam proprietatem, quæ contingat radici ab effoſſione ſub certo ſiderum poſitu. Fuit in Italia amicus, qui aſſerebat, poſitum illum deſcripſiſſe Carichterum in opere ſuo plantario. Superioribus annis, cùm caput exſererent Roſeæ Crucis Fratres, venit ad me quidam, qui aſſeveranter diceret, in effoſſione conſiſtere totum negotium, ſed non ego credulus illi.* Hæc ille. Mihi, ſi quid in re difficili aſſerendum eſt; vis videtur illa à ſulphure quodam proprio, cui ſigendi humorum orgaſmum virtus inſit, oriri, cujus index eſt odor hujus radicis gravis ac peculiaris. Sed ad rem, à qua aberrâſſe videor paululùm. De baccis herbæ paridis dubia adhuc res

eſt, utrùm vera ſit illa, an fictitia tantùm ac imaginaria, ſignatura. Et licèt vera ſit, nihi tamen derogat noſtræ ſententiæ, cùm aliunde ſuum ducere ortum queant hujuſmodi dotes. De doronico lis eſt adhuc ſub judice, an in alexipharmacis, an verò venenis ſit numeranda. Deinde in cerebri potiùs, quàm morbis malignis ipſis ejus Patronis ſolet commendari. At verò, ſi ponas extra omnem eſſe noxam, ejusque uſum in ipſa peſte commendabilem, ad virtutem ejus aromaticam, cùm ſuaviſſimi ſit ſaporis illa radix, effectus videtur talis referendus. De ſpinoſis quæ adferuntur, debili innituntur fundamento, cùm multa horum non in quavis pleuritide, ſed bilioſa tantùm mereantur commendari: Qualia ſunt dens apri, raſura eboris, mandibula, crux lucii ritè præparata, papaver rhæas, & alia id genus; quæ tantum abeſt, ut vel ullum in pituitoſa (quam ſpuriam alii pleuritidem vocant,) fructum promittant, ut noxam potiùs ipſam minari, ac inſigni cum detrimento ſanitatis, ac metu ſuffocationis materiam illam viſcidam ac tenacem in pectore videantur retinere. Miror igitur pulveres antipleuriticos ex meris antè dicti circumferri, & promiſcuè in quavis pleuritide præſcribi, & à Medicis quidem alicujus notæ. Error eſt, quiſquis etiam eum foveat, vix in Empiricis, nedum Dogmaticis tolerandus. Plus noxæ, quàm commodi, ſi mali fomes pi-

tuit

tuita fuerit, ex his pulveribus illatum ægris eſſe, in ipſa didici arte. Si quid præſtent fortean; aut non noceant uſque adeò, vehiculo id potiùs, (ceu in aqua Veronicæ, ſcabioſæ, aut aliis expectorantibus ſoleant propinari,) quàm pulveribus ipſis videtur tribuendum. Quòd autem carduus benedictus, carduus Mariæ, ſemen urticæ Romanæ à multis temporibus uſque tot punctum Medicorum tulerint, & ferant, non à ſpinis eſt petendum, ſed à vi expectorandi illa, qua aliis etiam morbis pectoris, ut φθίσει ac tuſſi inveteratæ proſunt. Neque verò ſola hoc privilegio dotata ſunt ſpinoſa illa; ſed & reliqua expectorantia, ut hyſſopus, chærefolium, althæa, glyzyrrhiza, praſium, ſcabioſa Veronica, capillus Veneris, ſemen aniſi, fœniculi, jujubæ ſebeſten, balſamus ſulphuris, ſive aniſatus, ſive terebinthinatus, & alia id genus. Ante ſeſquiannum & quod excurrit, virum hîc Haderslebiæ quendam pleuritide pituitoſa cum palpitatione cordis vehementiore, & aliis graviſſimis ſymptomatibus periculoſè laborantem, præter alia medicamina jam tum pro re nata præſcripta, Dei gratiâ reſtituebam balſamo ſulphuris aniſato, unde tres ſaltem guttulas in decocto pectorali curavi propinandas, ter in dies uſu ejus repetito, ac tanto quidem cum fructu, ut crebrò & magnâ copiâ pituitâ viſcidâ ac inſtar glutinis tenaci ejectâ, qui ab ipſo jam Acheronte videretur propiùs abeſſe, ſibi ipſi redditus paulatim

ſit æger, in hunc uſque diem ſuperſtes. Ante ſe-meſtre eadem pleuritide, ſive pituitoſa, ſive ſpuria laborantem, præmiſſis præmittendis. Divino Numine propitio curavi elixir. ROLFINCII Aſthmatico, maximam partem ex aromaticis conflato, non neglectis interim aquis pectoralibus aliis ac julebis, in quibus una inſtar omnium eſt, ac ſummis encomiis digna, ex meris calefacientibus & aromaticis conſtans aqua pectoralis Dn. D. CLAUSEN, Doctoris ac Medici Chiloniensium, ac Sereniſſimi Holſatiæ Principis ac Domini mei Clementiſſimi Archiatri Celeberrimi, ſingulari favore ab eodem communicata. Ex dictis hactenùs, nunc fit manifeſtiſſimum, neutiquam à ſignaturis, quà talibus, facultates medicaminum colligendas. Quod autem hujus aut illius, cui medentur, partis figuram referant, fieri videtur ex accidenti. Et ſic breviter explanata eſt de ſignaturis doctrina.

SECTIO

SECTIO III.

Agit de odoribus tàm in genere, quàm in ſpecie. Et quidem

ARTICULUS I.

An odor, & quomodo tàm primas quàm ſecundas qualitates oſtendat?

HActenùs actum de illis eſt, quæ parùm, aut nihil conferant potiùs ad facultates medicaminum rectiùs cognoſcendas. Nunc de iis breviter, in quibus fundamentum quæri ſolidius, & unde à priore vires datur indagare. Libri enim totius finis eò dirigitur, ut addiſcant tyrones, (neutiquam enim ſcripta hæc ſunt viris in arte Medica exercitatis) quid inter Empiricum interſit ac Medicum elegantiorem; utve de medicamentis, quæ vocant, officinalibus, & diſſerere doctiùs, & in ipſa arte facienda progredi majore cum fructu queant, quin etiam ipſi ex plantarum aliarumque rerum penu uberiore, quæ nunc abjecta jacent fortean, in uſum protrahant olim, adeòque ſuum ad artem ipſam locupletandam conferant ſymbolum. Fiat autem in hoc articulo telæ hujus initium ab ODORE. Quem quidem hîc non enodabimus exactè, ſed obiter, &

quantum ad ſcopum noſtrum facit Medicum. Solet autem & poteſt definiri Ariſtotelicis *qualitas odorabilis ex ſicco beneficio caloris concocto in humido.* Cùm enim ſiccum terreſtri conjunctum digeritur & decoquitur, tum demùm naſcitur odor, qui aëre mediante defertur ad nares. Quibus compendium placet verborum, totam ejus indolem conſiſtere ajunt in ſicco aëreo: Chymici hîc concurrunt ad ſuum ſulphur: Cartheſiani ad atomos ſuas figuratas. Horum ſententias hîc ſopire controverſas, noſtri vetat ratio inſtituti, cùm ea tantùm ſufficiat noviſſe, quæ ad commoda faciunt medentium, adeòque facultates oſtendunt medicaminum, in quibus, utut diverſiſſima ſentiunt, convenire tamen, ſi analogia inſtituitur, videntur, præprimis Chymici juxtà ac Ariſtotelici, ſeu Galenici, ſi hujuſmodi formabimus hypotheſes: Quòd odor coctionis fructus ſit, & non niſi calida agnoſcat principia; adeòque in locis juſtò humidioribus inodora potiùs naſcantur, quàm odora: Deinde, quòd in corpuſculis ſeu atomis hæreat volatilibus, & aëre mediante, communicetur ODOR. Ex his nunc facilis datur via ad qualitates primas æquè ac ſecundas ex odore ritè, & quantum licet ob ſenſus debilitatem dignoſcendas. Quòd enim ex calidis principiis naſcatur odor, ſive ab aëre, ſive à ſulphure ortum ejus arceſſas, indicio eſt luculento, odorata in quantum odorata,

odorata, eſſe calida. Quæ quidem caſtigatio, inquantum odorata, addi meretur omninò, cum ad evitandam SCALIGERI, qui graviùs hoc nomine invehitur in Cardanum, cenſuram; tum errorem ipſum; ne quis odorata quævis calida eſſe exiſtimet, quod & falſum eſt, & experientiæ reclamat. Cùm partes interdum odoriferæ & adſint paucæ, & in ſuperficie reſideant; ut ſic res ipſa, quamvis partes & volatiles, & calidas contineat, ſi aqueas ſpectes ceu potiores, ſit frigida. Scire igitur ſi deſideras, an calidum, an verò frigidum ſit medicamen, non ad odorem tantùm ipſum, ſed etiam an mitis ſit, an acrior, an tenacior, ac diu ſuperſtes, oportet attendas. Quòd ſi enim & fragrans ſit ac diu ſuperſtes, manifeſtus eſt index caloris. Hinc jure ex abrotani, calaminthæ, pulegii, lavendulæ, majoranæ, & id genus ſimilium odore & acri, & tenaci, calida inſigniter eſſe, licet colligere. Neque non in examine odoris accuratiore, ſi rei alicujus qualitates divinare rectiùs velis, advertas; an etiam in recentibus qui ſe prodit, ODOR, in exiccatis aut minuatur, aut evaneſcat prorſus. An verò in exiccatis, qui in recentibus nullus apparebat, ſe manifeſtet demùm. Inde autem id videtur oriri, quòd in recentibus nimia humiditas halitus illos

odoriferos ſubſtantia ſua craſſa nimis obtundat: Qua deinde abſumpta, poriſque patentibus magis, nares recreantur odoris gratia; hinc in locis videas juſtò humidioribus, non æquè ac ſiccis ſuaviter olentia progigni. Contrà, ſi recentia odorem ſpirent, arefacta verò nullum, & paucas arguunt particulas odoriferas, ac in ſuperficie hærentes, quibus abſumptis. omnis etiam odor aboletur. Id ſcire expedit ad ipſam artem Medicam faciendam, cùm gradus etiam ipſi varient odoris intuitu: Quod inter alia etiam obſervandum eſt in antiſcorbuticis, Cochlearia, Naſturtio, Fumaria, Chelidonio minore, & aliis id genus, ut recentiora, & in quibus odor acrior, adeòque vis ſalis volatilis vegetior eſt, eligantur, hinc vere ineunte hujuſmodi inſtituuntur curationes cum fructu, cùm copia jam tum detur recentium. Cùm autem odor alius mitior, alius acrior ſit, varium quoque indicant calorem. Temperatum quidem, ſi mitis ſit, & omnis expers acrimoniæ; vehementiorem verò, ſi acrior. Gradum autem caloris ipſum ex odore accuratiùs explorare, non æquè videtur in proclivi: Cum quòd aër ipſum odoris vehiculum facilè queat à rebus alienis alterari; & ſic decipere ſenſum: Tum quòd ſenſuum maximè infirmus ſit olfactus. Quocircà in gradibus, (quos ita vocant) determinandis, uti debilius in odore; ita firmius in ſapore ſuppetit fundamentum. Et verò, licèt odorata calida ſint omnia, in quantum odorata ſunt,

non vice tamen immutata ſequitur, inodora frigida omnia eſſe. Fieri enim poteſt, ut hoc vel illud & ſapidum ſit & calidum, licet ob craſſam ſubſtantiam nullum exſerat odorem. Nunc porro uti ex antè ſuppeditata hypotheſi illa: *Quod calida principia agnoſcat odor*, odoratorum conjecimus, calorem: Ita ex altera illa: *Quod in corpuſculis hæreat volatilibus, & aeris beneficio communicetur Odor*, ſive indoles ipſius in ſicco aerio, ſive in ſulphure, ſive in atomis quæratur Cartheſianis, tenuem medicamenti ſubſtantiam licet perſpicere. Quod non de ſuaviter tantum olentibus, ſed & fœtidis eſt intelligendum, cum & odor ſuavis & gravis in atomis hæreat uterque volatilibus, adeoque ſubſtantiæ index ſit ſive tenuis ſive (ut luſum phraſeos, tenuis eſſe ſubſtantiæ, vitemus) volatilis. Tenuis enim ſubſtantiæ eſſe idem nobis eſt, quod volatilia ac vi attenuandi prædita continere ſive effluvia ſive corpuſcula, quo ſenſu ipſa ligna ut ex gr. ſaſſafras, ac reſinas, ut ſtyracem, benivinum ſeu belzoinum & in genus ſimilia, quorum ſubſtantia videtur compactior, tenuis tamen, dicimus ſubſtantiæ, & jure id quidem merito, quod odoris inſit fragrantia inſignis, quæ in ſaſſafras fœniculum æmulatur: Vis itidem attenuandi, incidendi, diſcutiendi ac altius penetrandi. Quo ſenſu explanata hac phraſe, immunes erimus à Scaligeri cenſura graviter in Cardanum his verbis invehentis: Exerc. 141. *Æqualis error in illis etiam; Odoratas eſſe vel male vel nihil olentibus tenuiores. Multis nimirum modis*

miſera hæc oratio eſt. Quæ partes igneæ in terreſtri ſunt, minus olent, ut in pipere. Calidiſſimum tamen & craſſiſſimum. Quæ in pingui & aereo bene olent, ut in maci & moſchata, minus tamen hæc, quam piper calida. Et moſchata minus tenuis. Sunt enim aerea quædam ob pinguitudinem contumacia ad ſeparationem, ut reſinæ. Quare craſſitudo in his alius-modi eſt, atque in pipere. Et tenuitas alius rationis, quam in aqua aut igni. Sagapenum vero & aſſa tenuiſſima ſunt hac, quam in reſina dicebam tenuitate. Verum tam male olentia, ut hæc fœtidæ nomen in apothecis, hoc à vulgo Italico ſaracenum putidum nominetur. Huc uſque verba Scaligeri. Variè autem illa ſubſtantiæ tenuitas indicatur pro varietate odoris. Qui ſi mitis fuerit aut ſuavis, moderatam, ſi fragrantior, majorem, ſin acris inſigniter fuerit, maximam ſolet arguere. Quam quidem odoris diverſitatem & virtutē inde natarum non in diverſis tantum ſpeciebus, ſed & in una eademque, quæ (uti dictum ſupra eſt.) pro ſoli varietate multum poteſt variare, licet obſervare. Exemplis cum res fiat illuſtrior, placet ſequentem medicaminum nonnullorum ſeriem majorem vel minorem partium tenuitatem in iis docentem, ſubnectere.

Tenuis ſubſtantiæ ſunt, & ex odore tales cognoſcuntur.	Abſinthium vulgare Lilium album Marrubium Petroſelinum Meliſſa Chærefolium vulgare

Cha-

Chamæmelum vulgare
Arthemiſia
Succinum
Thus
Origanum vulgare

Tenuioris ſubſtantiæ ſunt.

Cortices aurantiorum
Cortices citr.
Chamæpit.
Matricaria
Radix Caryophillatæ
Radix zedoariæ
Radix valerianæ
Aſarum
Sambuci flores
Radix Elenii
Chærefolium Hiſpanicũ
Abſinthium Romanum
Pæonia
Lavendula
Roſmarinus
Fl. Naſturtii Indici
Ruta.
Scordium noſtras
Chamæmelum Romanum
Styrax calamit.

Tenuiſſimæ vero ſunt.

Caſtoreum
Thymus
Dictamnus Creticus
Angelica montana
Crocus Orientalis
Aniſum, fœniculum

Gina-

Cinamomum, Cardamomum
Spica, Camphora, Pulegium
Aſſa fætida, ſcordium Creticum,

ARTICULUS II.

SECTIONIS III.

Agit de odore ſuavi ac aromatico, & quomodo præter primas & ſecundas qualitates, ea arguat, quæ tota agunt ſubſtantia.

QUid odor in genere oſtendat qualitatum primarum puta ac ſecundarum, actum eſt. Cum verò variè ſive ſiccum illud aereum, ſive ſulphur cum reliquis miſceatur principiis, diverſi oriuntur odores, ſalſus, amarus, acutus, unctuoſus, ſtipticus, aromaticus, gravis &c. quos cum ob debilem in nobis olfactum percipere haut facilè liceat, ad duas claſſes ceu ſummas referre authores conſueverunt, quarum altera ἐυοσμίαν tradit, altera δυσοσμίαν: De priore agemus in hoc articulo, de poſteriore in ſequenti. Ad ἐυοσμίαν pertinet odor ſuavis ac aromaticus, qui cum ſuavitate mirifica, tum grata quadam acrimonia afficit olfactum: Quo ſpectant aromata, & quæ ſunt ſimilis naturæ, ut cinamomum, cardamomum, macis, galanga, aniſum fœniculum chærefolium Hiſpanicum, cortices citrii, aurantiorum, & alia ejusdem generis plura. In odore autem aromatico non acrimonia ſolum deprehendi-

henditur, ſed & ſuavitas, quæ dulcedini æquiparatur in ſapore. Progignitur autem ſuavitas illa Ariſtotelicis ex partibus aereis ab igneo calore tam exactè miſtis, ut ſpirituoſæ (voce ſpiritus illa more Medicorum ſumpta) mereantur appellari. Eadem ſpe veniæ, qua veteres olim tenuiſſimas ſanguinis particulas arterioſi, quas malè quidem doctrinæ Haroejanæ haut ſatis gnari ex aere & ſanguine putarunt generari, ſpiritus titulo dignati ſunt, quo etiamnum multi dignantur recentiorum. Chymicis ortus ſive ſuaveolentiæ ſive odoris aromatici acceptus ſolet referri ſulphuri puriori ritè ac ſingulari concentu cum ſale ac Mercurio miſto. In ſuphuris autem puritate odoris ſuavitatem quærendam eſſe argumento eſt ſulphur noſtrum vulgare, in cujus fœtida pinguedine cruditas ſeu impuritas conſiſtit, in impuritate autem illa vita ſeu noxa, (quæ duæ nunc voces perinde nobis ſunt) ſulphuris. Quod innuit PARACELSUS lib. 5. de natura rerum. *Vita ſulphuris*, inquit, *eſt inflammabilis fœtida pinguedo. Mortificatio autem ſulphuris eſt extinctio fœtidæ hujus pinguedinis. Hactenus* ille. Moſchum mira odoris ſui gratia ſe commendantem alias ob crudum ac fœtidum illud ſulphur ingentẽ edere fœtorẽ, ut Caſtoreum cenſeri queat ignaris, author eſt SALOMON ALBERTI in oratione de moſcho. Hinc ut excoctum rectius ſuum abjiciat fætorem, calori ſolis exponi ſolet. Ex quibus abundè patet, ſulphuris puritati adſcribendam eſſe odoris ſuavitatem, naturæ noſtræ gratam ac

oppi-

oppido amicam. Quam quidem ipſam quærendam putant Cartheſiani in molleculis ſuis figuratis mira quadam harmonia ab alma rerum parente natura inter ſe miſtis. Hæ de odoris jucunditate opiniones variæ multum inter ſe videntur diſſidere, & diſſident (ut obiter id tangam, hoc enim agere & litem ipſam ſopire, æthna ipſo gravior videtur labor) ſed ſi ſaltem, quid ſcire hic oporteat artis Medicæ tyronem, non tot diſſidentium ſcopulos, tot controverſias interdum vanas ſcrupuloſè attendentem, oſtendamus, tum ingens illa diſcrepantia in dotibus quidem Medicis dijudicandis ingentem parit conſenſum. Unam ſaltem virtutem attingam nempe cardiacam, quæ loco exempli ſit, de reliquis in doctrina de ſapore acturus. Colligere hanc licet ex odore ſuavi ac aromatico non Galenicis tantum, ſed & Chymicis ac Cartheſianis, modo rectius nec citra rationem velint philoſophari. Sed modus explanandi non idem erit omnibus. Galenici, qui εὐοσμίας hujus genium collocant in partibus aereis ab igneo calore tam exactè miſtis, ut partes inde reſultent & acres & temperatæ, quarum hæ illas, & illæ has mirum in modum corrigant, ita rem poſſent explicare: Quod acres illæ aromaticorum particulæ ſanguinem attenuent ac Nobiliorem reddant, temperatæ autem in cauſa ſint, ut ſua ſanguini & ad vitales actiones obeundas

das apta maneat conſiſtentia : Quod vel inde diſcimus, quod acriora alias, niſi aliis fuerint correcta, cordi noſtro obſint immane quantum: Hinc angelica illa mitior ac humidiuſcula cordi magis eſt proficua, quam quæ acrior, qua de re eo nunc agam parcius, quo infra cum Deo de cordialibus dicturus ſum uberius. Chymici hic extollunt ſulphur ſuum, idque eo cenſent præſtantius, quo purius illud, à fecibus ſuis liberatum ac crebrius fuerit ſublimatum. PARACELS. Tom. 1. de vita longa compendiosè recenſuit omnes ſulphuris virtutes. *Ardua*, inquit, *res eſt, & multis nominibus celebranda, tantam terræ ineſſe vim, quæ balſamum vegetabile tantæ efficaciæ, ut nihil putreſcere ſinat, procreet.* Idem alibi extollit in apoſtematibus acutis, pleuriſi, peſte, aſthmate, & ipſa ſanitatis conſervatione. Hæc de ſulphure quidem vulgari, unde in confeſſo eſt, inſignem vim & ipſam adeo cardiacam poſſe locari in ſulphure vegetabilium aut mineralium puriore. Neque Cartheſiana opinio, utut longè diſſideat à Galenica pariter ac Chymica, in viribus tamen ex odore ſuavi colligendis nihil ipſis videtur derogare, quod enim hic ſulphur purius, illic partes aereæ exactè miſtæ, id in ſchola Cartheſiana gratæ veluti ac harmoniacæ atomorum figuræ præſtant. Reliqua hic ſubtilius diſputari conſueta cathedræ relinquimus ejuſque ſplendori. Quid enim verborum diſſenſus, modo de re ipſa liceat convenire. Ex iis, quæ dicta hactenus ſunt, colligi ſat tuto

poteſt,

poteſt, ſuaveolentia ac aromatica à tot uſque temporibus in civitatem Medicam adſcripta, eſſe cardiaca propriè dicta. Quo reſpicere etiam videtur HELMONTIUS, qui in mag. ferm. imp. maſc. ſem. §. 16. non citra rationis fundamentum ediſſerit, *morborum ſanationes odoribus egregie perfici, quoniam robur maſculum ac vires ex illis confertim ſcaturiunt, & quoniam odor*, inquit, *multarum ſpecierum finis ultimatus tam in condimentis quam pharmacis exiſtit. Nibil enim felicius* pergit ille, *operatur ad ſanandum, quam quod per ſui transmutationem penitiſſime intrat, & proxime unitur illi, quod curari debet.* Hactenus HELMONTIUS. Cujus ſententiam ſuo etiam calculo confirmat CHRISTIANUS LANGIUS Profeſſor quondã Lipſienſium Celeberrimus ſemel atque iterum à nobis laudatus in miſcell. curios. Medic. cap. 18. his verbis: *Quam præſtans ac Nobile bene fragrantium ſit nomen, quippe quæ contactu immediato, quem cum ſpiritibus vitalibus, teſte Helmontio, ſervant, viribus maſculum robur largiuntur, quotidiana praxis conteſtari poteſt.* Hæc ille. Quæ quidem ſcire expedit artem ipſam facturo, cum ad diſcretionem impropriorum à propriè dictis cardiacis, tum quod multa, in quibus vis fortean latet divinior, hactenus neglecta, ab orco veluti in lucem queant vocari. Quod ſi enim ſuaveolentia ſint naturæ maximè grata adeoque cardiaca, dolendum eſt, tot jacere ſuaviter olentia, quorum tantum abeſt, ut vis Medica fuerit explorata, ut ipſe potius odor fuerit neglectus. Quod ſcitè

docet,

docet, & inſuper, ut odorem haut temere negligamus, aurem vellicat nobis rei Botanicæ Conſultiſſimus ac longè Clariſſimus HOFMANNUS vel in uno illo bedeguar Arabum, cujus foliorum odorem ſuaviſſimum, cujus nemo antea meminerat Botanicorum, caſu obſervavit demum. Adverti hic merentur ipſa authoris verba l.2 de officinal. c. 50. *Ad hanc opinionem*, inquit, *induxit me præcipue foliorum odor ſuaviſſimus, moſcho non cedens cujus Botanicorum nemo meminit, ne acutiſſimus quidem Cæſalpinus, quod nemo voluerit vel manibus terere vel naribus admovere plantam tam deſpicabilem. Ego vero in primis meis herbationibus baculo forte cedens plantam, & odorem percipiens toto eo loco diffuſum, convocatis collegis & auditoribus oſtendi illis quod res eſt, qui catervatim circumfuſi admirati ſunt divitias naturæ, ſimulque conſenſum præbuerunt bedeguar Arabum eſſe, hinc enim tenuitas partium totius plantæ vel inprimis manifeſta fit.* Interim non dubito, quin ſagaci odoratus iudicio, multæ rerum dotes Medicæ, quæ nunc ignorantur, temporibus venturis à recentioribus, quibus multa nunc etiam debet Botanice, in mediam protrahantur lucem. Verum conſulenda hic omnino eſt experientia. Licet enim ſuavitas illa odoris qua talis virtutis index videatur Cardiacæ; non datur tamen colligendi ratio, ſuaveolentia omnia eſſe ſalutaria. Cum quod in ſuperficie non rarò partes hæreant odoriferæ, tum quod venenatæ ſit intermixtæ interdum. Hinc venena dari

D inter-

interdum ſuaviſſimi odoris, neutiquam videtur ἄτοπον. Hactenus de ſuavitate odoris, & quid arguat virium, obiter dictum eſt. Quibus tamen ſe objiciunt una item & altera, quæ ſcopulorum inſtar eſt, difficultas. Et quidem quod dentur, qui mirum quantum rebus lædantur fragrantibus. Roſam floſculorum Dominam, ac ipſam veluti pratorum purpuram, non hyſtericis tantum, ſed & viris nonnullis inviſam, docet inter alia hiſtoria Cardinalis OLIVERII CARAFFÆ, quam VALERIUS. libro octavo Hieroglyph. his deſcribit verbis. *Sunt*, inquit, *in hominum genere permulti, qui roſarum halitum perferre non poſſunt, atque in iis viri quantivis pretii. Nam cum Romæ eſſem, vidi Oliverium Caraffam, magnæ celebritatis Cardinalem qui roſarum tempore quotannis ſecedere cogebatur, ſeque intra ſuos, quos in Quirinali habebat, hortos claudere, cuſtodiis ad oſtia diſpoſitis, ne quis aut ſalutantium aut amicorum officii gratia ingredientium roſam inferret.* Hactenus ille. Neque vero minorem admirationem meretur illud SCALIGERI, quod recitat de virgine quadam formoſa, quæ ita abhorruit vel à ſolo conſpectu lilii, ut parum abeſſet ab animi deliquio, quid futurum eſſet, ſi ipſum naribus odorem hauſiſſet. Aliis vertigines cydonia, aliis moſchi ſuavitas ſingularis ſuffocationem, quam vocant, uterinam: aliis jaſmini odor non ingratus aliàs, animi deliquium ſolet excitare. Non eximuntur tamen idcirco illa ex cenſu ſalutarium ac pro-

priè

priè dictorum cardiacorum : Sunt naturæ noſtræ abſolutè conſideratæ admodum grata: Quamvis in his aut illis hujuſmodi dentur circumſtantiæ , quæ hunc effectum planè immutent. Sic in viris bilioſis hujuſmodi particulæ ſuaveolentium ſulphureæ calculum addunt ad præternaturalem in corpore efferveſcentiam excitandam. Egregia ſunt & digna notatu , quæ hanc in rem HIGMOHRUS : *Tenuiores* , inquit , *bilioſæ ac igneæ ſuaveolentium particulæ ſanguini ac ſpiritibus admiſtæ ebullitionem ac fermentationem conciliantes , vaſorum diſtenſionem atque inde gravedinem & dolorem cauſantur , & hoc primo in cerebro percipitur , ubi dolores primo affligit. In dorſum verſus cor ac pulmones ſanguis particulis his inquinatus , per venas recurrens totam contaminat maſſam ; ubivis illam fundit. Vnde circa cor ac pulmones , ubi naturaliter incaleſcit odoribus his fuſus , conflagratio illa accenditur. Ab æſtuanti ejus furore etiam pulſus variat , intermittit , tremit , laxæque fibræ pulmonum inflatæ immenſius & diſtentæ , copioſo ac æſtuanti ſanguine infarciuntur ut immobiles pene labor reddat.* Hujus calculum ſuum ſententiæ addit HOFMANNUS CL. hinc libro ſecundo capite 117 Inſtitut. Medic. *Odoratis* , inquit , *offenditur mulier , quia turbant iſta tantum & movent vapores, non vero promovent, prout omnis alias odor ad ſuperiora tẽdit ac ducit.* Quod autẽ in fœminis familiariora ſint hæc ſymptomata, præſto etiam aliæ ſunt rationes : Quod corpus nimirum mollius, nec æquè, ut virorum ,

permeabile ſit. Hinc auctis alias in hujuſmodi corporibus ob poros non æquè patentes effluviis calidioribus, ſi ſymbolum addant ſuum ſulphureæ odoratorum particulæ, non poſſunt non talia oboriri ſymptomata. Hæc ipſa ratio eſt, cur tempore peſtis majori ſint periculo expoſitæ fœmellæ, quam viri, quod corpus illarum atomis ſcatens ac effluviis retentis aptius ſit ad ſeminaria illa concipienda. Quo quidem tempore ob eandem rationem in pari verſantur fortuna obeſi, in quibus & ipſis corpus gerentibus mollius ob prohibitam tranſpirationem poroſque intercluſos atomi ſalino-volatiles acres, in quibus morborum malignorum indolem quærunt recentiores, facillimè excitare fermentationem queant. Præterea etiam ideo fœminæ facilius quam viri læduntur fragrantibus, quod ſanguis in illis ſit ſequacior, hoc eſt, quod principia, unde conſtat ſanguis, facilè ſint à ſe invicem ſeparabilia. Unde etiam, cæteris tamen paribus, puto derivandum, quod alii facilius, alii difficilius lædantur venenis: Quod alii item crebrius, alii rarius aut nunquam animi deliquio corripiantur. Fit etiam pro temperamentorum diverſitate, ut in bilioſis, quod ignis velut igni addatur, capitis dolorem excitent aromatica ſive ſuaveolentia, in phlegmaticis potius emendent, quod pituitam incidant, attenuent & ad evacuandum aptiorem reddant. Ex iis nunc, quæ dixi hactenus, in aprico eſt, ſuaveolentia, utut hi vel illi natura

tura averſentur eadem, non deſinere tamen eſſe cardiaca, modo in ſcholam Medicam ſint adſcita. Et quemadmodum butyrum & magni nutrimenti & coctionis quoque facilioris non deſinit eſſe cibus notæ melioris, etſi hic vel ille ob ſingularem naturam mirum quantum ab uſu ejus abhorreat. Quorum multos ego novi. Parens meus p.m. adeo uſum butyri pariter âc caſei averſabatur, ut vix odorem citra ingentem vomitum perferret, imo hujusmodi cultello, quo modo dicta ſive butyrum ſive caſeus erant ſumpta, utut repurgato, neutiquam tamen caperet cibum. Et ipſe (ut aliunde haut petam exempla) in illorum ſum cenſu, quibus butyri juxta ac caſei & uſus & odor planè eſt adverſus. Sed hæc uti nihil derogant laudibus, ac bonitati butyri, ita ſuaveolentium virtutibus ac commodis planè ſingularibus nihil detrahunt, quæ in his aut illis contingunt, ſymptomata. Et tantum de εὐοσμίας, nunc etiam de δυσοσμίας.

ARTICULUS III.

SECTIONIS III.

Agit de odore gravi & quas indicet medicaminum virtutes.

GRavis odor eſt, qui ſua gravitate organo olfactus inſignem creat moleſtiam, & variè

 prout

prout variè ſumitur, generatur. Sumitur enim vel latè vel ſtrictè. Latè ejus complexu etiam continentur, quæ vel ſale veluti acri nares feriunt olfacientium, qualis eſt cochlearia, vel bitumen redolent, quale trifolium bituminoſum, vel reſinam, qualis eſt chamæpitys. Strictius vero ac propriè fœtida tantum illa, ſive natura talia, qualia caſtoreum aſſa fœtida, ſagapenum, & id genus ſimilia; vel putrida, ut excrementa animalium ſive liquida ſive ſicca deſignat. De ſingulis jam ſigillatim & paucis, quomodo vim inde Medicam detur inquirere. Odoris gravitas laxiore ſignificatu ſumpta unde generetur, fugere haut poteſt, ipſum ſi conſulas ſenſum: Et eorum quidem, quæ ſale velut acri afficiunt nares, ortus videtur arceſſendus à ſale volatili, quatenus copia ſat magna miſtum ſit cum ſulphure, cui origo cujuſvis odoris vel boni vel mali eſt adſcribenda. Quæ vero bitumen redolent, bituminis, quæ reſinam, reſinæ arguunt abundantiam. Nec minus difficile eſt indagatu, unde odoris gravitas ſtrictius dicta ſive fœtor oriatur, ſi obiter repetamus ea, quæ dicta ſupra ſunt de odore ſuavi, cujus ortum referebamus ad ſulphur purius. Unde ex contrario facilis fit collectu origo fœtoris ex ſulphure ſcilicet craſſiore: Quod quidem ipſum pro majore vel minore ἐνεργείᾳ vel ſedativum (aliis diſcuſſivum) vel narcoticum ſtrictè dictum meretur appellari. Sedativum illud, quod proprium appellat vir longè Celeberrimus

mus SIMON PAULLI in tractatu de herba Thee, ſalutare eſt ne oppido proficuum, quale in caſtoreo, in agno caſto, in radice pœoniæ, & id genus ſimilibus. Narcoticum vero ſtrictè dictum non unius generis eſt. Aliud enim uſus eſt Medici, quale in opio, ſed & ipſum variat pro varietate ſubjectorum, (ita quædam ex iis non niſi correcta aut parcius veniant in uſum Medicum) aliud lethiferum & foro planè exulans Medico, quale in venenis nonnullis. Quamvis autem fœtida ſtrictè dicta vel quævis ortum debeant ſulphuri ſive craſſiori ſive impuriori, & illud non unius ſit rationis, ſed variet, quoniam alia ſunt fœtida corruptione; In quibus ſulphur illud gignitur per corruptionem ac deſtructionem caloris nativi. Alia natura talia, in quibus gignitur ex peculiari mixtione cum reliquis principiis, vel ſi ſulphur non ritè fuerit excoctum, aut à nimio calore aduſtum, hinc diverſitas naſcitur graveolentium. His nunc obiter delibatis nec fugere virtutes poſſunt, quas ex gravitate odoris, in partem tamen adſcita experientia, liceat divinare. Et vero, quod illa attinet, quæ laxiore ſignificatu audiunt graveolentia: In aprico illorum ſunt virtutes, & faciles collectu ex principiis, quibus abundant: Quæ enim ſale volatili, magnæ ſunt commendationis non in ſcorbuto tantum, ſed & aliis ab obſtructione viſcerum natis affectibus, imo ipſa etiam peſte. Nec latet ratio, cum vi ſalis volatilis altius

penetrando viſcerum obſtructiones & ductuum adeo pancreaticorum, unde fomes ſcorbuti, febrium intermittentium & quartanæ etiam ipſius petendus eſt, aperiant feliciter, urinam moveant ac ſudores, non proximæ tantum cauſæ, ſed & remotiori obviam poſſunt ire, & ſic acres humores cum corrigere, tum evacuare. Feliciter igitur recentiores, qui his inſiſtunt veſtigiis in arte Medica facienda, nunc mederi febribus intermittentibus poſſunt, & præprimis, quæ olim vix manum admittere credebatur medentium, quartanæ, quæ hodie interdum Dei gratia & feliciter & brevi ſolet reſtitui. In quibus odor ineſt bituminoſus, bituminis æmulantur virtutes, diſcutiunt, emolliunt, ab inflammatione tuentur, uteri ſuffocationibus, & id genus aliis affectibus, in quibus bitumen meretur commendationem, ſuccurrunt: In quibus reſinoſus, ad modum reſinæ aperiunt, incidunt, attenuant, abſtergunt, quæ ſimul adſtringunt. Graveolentia autem ſive fœtida ſtrictè dicta, cum partibus etiam abundent volatilibus (in hoc enim conveniunt ſuavis odor ac fœtor) & ſulphure ſive ſedativo ſive narcotico duplici nomine proſunt in variis affectuum generibus, hinc quidem virtute ſua aperiendi, diſcutiendi atque adeo tam urinam quam ſudorem promovendi, ex ſubſtantia horum volatili nata: Illinc vero ſulphure ſuo proprio fermentationem ac orgaſmum humorũ impediendi. Inſignis igitur uſus & commendationis ſunt graveolentia, quando humorum fermentatio

ratio multùm faceſſere negotii videtur. Hinc in hiſterica, quam vocant affectione, in epilepſia, imò in ipſa peſte, ſacræ inſtar ſunt anchoræ graveolentia, & illa quidem, quæ tot experientia annorum probavit.: Ut ſunt caſtoreum, fumus pennarum perdicum, ſulphur vulgare incenſum, corium itidem inveteratum, & alia malè olentia, incenſa ac naribus laborantium admota. Quocircà cùm in fætidis natura talibus tot dotes lateant Medicæ, ſuis etiam elogiis non defraudanda ſunt excrementa animalium, quæ & ipſa claſſem augere medicaminum, ac multos ſanare affectus poſſunt, prout vel magis vel minùs nitro-ſulphurea ſunt: Aut ſulphure abundent ſive ſedativo, ſive narcotico (utrumque enim nitrum ſcilicet ac ſulphur in ſtercoribus animalium reperiri, teſtis eſt inter alios locupletiſſimus POTERIUS, de Pharmac. Spagiric. cap. 6.) Hinc ſtercus ſuillum recens naribus admotum hæmorrhagiâ laborantium, fluxum ſanguinis ſiſtere feliciter, à tot uſque annorum decurſu & credidit vulgus, & ipſe etiam uſus quotidianus ſtabilivit. Non alia autem hîc ſubeſſe videtur ratio, quàm quòd ſulphure ſuo narcotico nimiam vaſorum apertionem occludat, vel quòd ebullitionem ſanguinis conſopiat. Anſerinum autem, cùm vis inſit nitro-ſulphurea, (teſte QUERCETANO,) ictero poſſe mederi, quòd obſtructiones cholidochi, unde fomes mali ejuſdem eſt arceſſendus, referet, vero videtur ſimillimum. Ob vim ſopiendi fermentationem ſeu orgaſmum humorum fœtidis indi-

tam multis paſſim elogiis celebratur in vertigine ſtercus pavonũ. Equorum verò æquè ac humanũ & ipſa ſuo non carent fructu: Hoc quidem ob emolliendi juxtà ac diſcutiendi vim externè adhibitum tanta cum felicitate curavit anginam, ut centum aureos reportârit GALENUS: Illud verò ob vim ſudorem movendi mirificam, hydropem tollere, multi ſunt, qui acriter & experientiis confirmant. Sed, cùm hactenùs ſit dictum de mirifico graveolentium fructu, eumque potiſſimùm ſive à ſulphure proprio, ſive analogo quodam, ac talis naturam ſulphuris redolente derivandum, meritò etiam hîc expendi meretur, quomodo à dicto illo, fermentatio humorum ſiſti, flamma cohiberi Veneris, & id genus alia, quorum effectus calori potiùs, quàm frigori videntur deberi, queant præſtari. FRACASTORIUS lib. 1. cap. 24. pag. m.99. rem illam his explicat verbis: *Butyrum autem injectum, compeſcere fervorem ſacchari dignam habet inquiſitionem: Idem & oleum facere videmus in pulmenta, ſi qua corpulentiora ſunt, ut in faba ac ciceris lomenta, fervorem enim & exundantiam eorum compeſcit. Horum autem cauſa eſt, quòd duo præcipuè concurrunt, cùm fervor exundans ſit, alterum eſt exceſſus caloris, & vaporum copia brevi facta, alterum eſt obſiſtentia rei ferventis, ſi corpulentior ſit, multùm enim extenditur, & in magnas ampullas priùs quàm ſcindatur. Propter quod & dupliciter etiam compeſcitur exundantia, uno modo, ſi calorem & vapores frangas, qui ex-*

tendun-

tenduntur, quod fit injectis frigidis, ut aquâ, alio modo, ſi ipſum obſiſtens ita præpares, ut extendi in magnas ampullas non poſſit, quod faciunt unctuosa. Hactenùs FRACASTORIUS. Ad unctuoſa autem cùm ſulphurea pertineant, non mirum eſt, tantam ipſis vim ineſſe figendi. Non multùm ab hac ſententia diſſidet HOFMANNUS; quòd enim ſulphur nobis impurius audit, id ei craſſum ac oleaginoſum: Audiamus hac de re ipſa Authoris verba, lib. 2. Inſtit. Medicar. *Fœtida*, inquit, *narium peſtes diſcutiunt, expelluntque vaporum familiam, quoniam eorum ſubſtantia longe craſſior eſt, magis oleaginoſa, magiſque adhærens & durabilior, ac proinde efficacior, violentiorque.* Hæc ille. Quæ quamvis vero videantur ſimilia, commodiſſimè tamen per ante dictum ſulphur res eadem poteſt explicari. Cùm in ſulphure noſtro vulgari vis figendi in aprico ſit. Cujus vel maximè index eſt nitrum cum ſulphure præparatum; quippe exigua ſulphuris portio, vim nitri ebullientem adeò poteſt edomare, ut ipſo vix præſtantius detur ad fermentationem ſopiendam medicamen: Unde non in febribus tantùm malignis, ſed & in colli ac faucium inflammatione benè ſolet audire in Scholis Medicorum. Mirifici ſalis prunellæ in ardore ac inflammatione inſigni retundenda effectus exemplum ſuggerit Vir Excellentiſſimus SIMON PAULLI, Patronus meus ſummè Obſervandus, in Digreſſion. de

de febr. malign. quod & ipſi laudavimus ex eodem in tractatu de malo citreo. Ab eodem, de quo dictum hactenùs eſt, ſulphure, vis etiam ſoporifera, quæ opio, quæ tabaco, & id genus ſimilibus ineſt, arceſſenda eſt. Quam alii quærunt in ſubſtantia volatili oleoſa, qui verbis potiùs, quàm re ipſa diſſentire videntur à ſententia antè prolata. Quod enim Chymicis, & qui cum illis faciunt, impuri nomine ſulphuris ac halituoſi, id illis ſubſtantiæ volatilis oleoſæ ſalutatur: Hinc fit, quòd peſte laborantes interdum etiam ſopore corripiantur, quem ignei & crebri ad cerebrum delati halitus videbantur interrumpere, ſed cum acri ſali ac volatili, in quo peſtis indolem ponunt recentiores, interdum adjunctum ſulphur hujusmodi impurum ſit; non poteſt etiam obſcurus eſſe talis effectus. Ad quem modum nonnulla etiam dari videas venena, quæ duplici lædunt nomine, & ſale volatili acri, ac ſulphure ſuo narcotico. In uſu denique graveolentium notandum eſt, cum quòd alia ipſis, ut ad ægri palatum ſit medicamen, aromatica addantur; tum quòd aliorum uſus graveolentium internus, aliorum externus ſit efficacior, ſive ad *νάρκωσιν* ipſam excitandam, ſive ad fermentationem placidè conſopiendam. Sic odor caſtorei, ſic pennæ perdicum, corium itidem inveteratum, incenſa mirificè proſunt in affectibus uterinis. Ratio quoque eſt ſatis plana, quòd ſulphur nimirum illud, ſive proprium, ſive narcoticum in partibus reſideat impensè volatilibus, quæ fumo aut halitu mediante communicari

cari

cari quàm commodiſſimè poſſunt. Quod probè etiam inculcat ſæculi noſtri Phænix, ac Profeſſor Hafnienſis Incomparabilis BARTHOLINUS, lib. de domeſt. Dan. Medic. diſſert. 5. his verbis: *De hoc tamen* (de caſtoreo) inquit, *obſervavi quaſdam mulieres odore ejus juvari, ſed ab abſumpto lædi, hocque ipſo momento, quo hæc meditor, adeſt mulier oppidana hyſterica, curſu defatigata & ſtatione, quia erecto ſemper eſt corpore metu ſuffocationis, quod incommodum caſtoreo adſcribit, militis cujuſdam conſilio devorato, cùm anteà benè valeret ex ſolo odore.* Probè itaque obſervavit Clariſſimus HOFMANNUS lib. 2. de officinal. quod ſemen agni caſti (utpotè ſulphure ſuo proprio libidini adverſum) non æquè ſit ad flammam Veneris cohibendam aptum, ſi toſtum fuerit, cùm ſic volatiles illæ partes ſulphureæ magnam partem expirent. Hæc ipſa eſt ratio, quare tantæ virtutis ſit in fluxu ſanguinis ſiſtendo ſtercus ſuillum recens (cujus ſuprà facta eſt mentio) naribus admotum laborantium, quòd ſcilicet in recenti, & fumo adhuc prægnanti ſulphur illud ſit ſic ſatis vegetum ac efficax. Quemadmodum autem de ſuaveolentibus eſt dictum, quòd inde capitis dolore afficiantur nonnulli; ſic idem dici poteſt & jure potiori de graveolentibus. Utriuſque tamen diverſa eſt operandi ratio. Illa enim id præſtant in his aut illis ob ſingularem naturam, quòd ſanguinis particulis igneis ignem veluti addant: Hæc verò proprio ſulphure cerebro ipſa natura videntur adverſa. Et tantum etiam de graveolentibus.

ARTI-

ARTICULUS IV.

SECTIONIS III.

Agit, an ſolus odor mederi poſſit aut nutrire?

COronidis vice hîc in doctrina de odoribus, pauciſſimis placet attexere: An etiam odor ſolus mederi poſſit aut nutrire. Prius eſt in propatulo & experientia quotidiana planiſſimum. Solemus enim ſingulari cum fructu in hyſterica, quam vocant, paſſione, (ceu patere ex prioribus poteſt,) naribus laborantium applicare graveolentia: In animi verò deliquio, niſi ſingularis laborantium natura diverſum ſuadeat, ſuaveolentia. Ratio & ipſa eſt manifeſtiſſima, quòd corpuſcula ex rebus ſive ſuaviter, ſive malè olentibus exhalantia vim referant ſui medicaminis, & hinc ſpiritus recreent vitales; illinc humorum efferveſcentiam retundant. Aurem hîc nobis vellicat Clariſſimus LANGIUS, in Miſcell. Medic. curioſ. cap. 9. qui arcanam veluti tabidos curandi rationem locat in odoribus, unde ſuffumigia in tali caſu miris extollit laudibus. Verba ejus hîc placet apponere: *Tu jam,* inquit, *hujus diſciplinæ arcana ſapienter in rem conferas, at penetrantem odoramentorum fragrantiam phthiſicis ſummum ſolatium afferre ſcias. Tandem, hac occaſione non immeritò ſuffituum & evaporationum ex præſcripto artis ritè parandarum, ſi eas inſpirando naribus,*

bus, vel potiùs biante ore aſſiduò ægri, in pectus decumbentes excipiant, mentionem honorificè ago; has enim oppidò proficuas ac præſens emolumentum præſtantes in curatione tabidorum deprehendi. Atqui verò hujuſmodi odor non ideò tantùm ſalutaris, quòd ulcus exſiccetur, expectoratio promoveatur, ſed & ſanguis inſigniter corruptus in tabidis reſtituatur. Hinc etiam ſingulari cum fructu pulſibus applicantur aquæ odoratiſſimæ, ut ſic robur addatur ſanguini. Ex contrario etiam enitere hoc ipſum poteſt, ſi enim vel ſola arboris umbra venenatæ (ceu de taxo tradit JONSTONUS,) lædere mirum in modum, imò interimere poteſt. Quidni contrà odor proſit rerum ſalutarium? Negari enim non poteſt, ut id obiter intertexam, umbram non quà talem, ſed atomis inde halantibus venenatis lædere. Majore tamen copiâ ac ἐνεργείᾳ ex odore ſive fœtore pronaſci effluvia, & obeſſe vel prodeſſe poſſe, extra omnem eſt controverſiam. De poſteriore, nimirum nutritione major lis fovetur, & præprimis Philoſophis, quorum multi negant, ab odore eam poſſe proficiſci. Quoniam odor qualitas eſt, nutritio autem non niſi ſubſtantiæ debetur. Verùm, quamvis & ipſi fateamur, non diuturnam ac oppidò perfectam fieri poſſe nutritionem ab odore. Interim verò maximè eſt conſonum, uti à cardiacorum odore ſpiritus reficiuntur vitales, ſic ab odore rerum nutritioni dicatarum corpus quôdammodò refocillari. De nihilo autem eſt antè allata objectio,

cùm corpuſcula illa odorifera, quæ omninò laborantibus communicantur, non qualitas ſint, ſed ſubſtantiæ; quamvis odor non quà talis, ſi ſubtiliùs velis philoſophari, id præſtet. An autem integros annos, imò omnes vitæ dies, homines dentur, qui vel ſolo plantarum odore nutriantur, fabulam potiùs cenſeo, quàm veram hiſtoriam. Quod & ipſum jam olim refutavi in diſputat. de odoratu, & hæc etiam de illis nunc ſufficiant.

SECTIO IV.


Agit de ſaporibus, & quæ virtutes inde medicaminum posſint oſtendi. Et quidem

ARTICULUS I.

De ſapore in genere ejuſque ortu.

DIctum eſt in ſectione antecedenti, quid odor ſit, & conferat ad facultates medicaminum explorandas, nunc ordo exigit, ut ad ſaporem nos accingamus. Solet autem à Peripateticis definiri ſapor, qualitas corporis mixti ex humido ſapido in ſicco terreſtri à calore producta. Chymicis ſaporis indoles in ſalis cum ſulphure ac Mercurio proportione legitima: Cartheſianis in atomis ſuis figuratis.

figuratis, & in his prout æquales vel inæquales ſunt, ſaporum diverſitas quæritur. Qua de re in ſpecie deinceps dicetur uberiùs. Ex his obiter recenſitis potiùs, quàm explanatis, (hoc enim agere, & ſaporem ipſum tradere, cùm ſit φυσιολογέντων) tametſi inter Peripateticos, Chymicos ac Carthesianos ingens pateat diſſenſus, quem uſum tantum Medicum oſtenſuri, nunc non componemus: Conſtat tamen id, quod ad ſcopum noſtrum facit, abundè; ſaporem nimirum poſſe tàm primas, quàm ſecundas medicaminum qualitates perbellè, & ea etiam quodammodò, quæ totâ agunt ſubſtantiâ, ceu de ſingulis in articulis ſingulis agetur prolixiùs, oſtendere. Cùm ingens autem detur ſaporum differentia, diverſus eorundem ortus ac generatio eſt. Centri vicem gerit, & coctionis perfectiſſimæ index eſt DULCIS, in medio veluti conſtitutus, à quo, qui vel hinc, vel illinc deflectunt, exceſſum quendam vel in calore, vel in frigore deſignant. Hinc ex una parte naſcuntur ſalſus, amarus, acris: Ex altera acidus, acerbus, auſterus. Quomodo ſinguli generentur, & quomodo deflectant à medio, quaſque vires arguant, de ſingulis dicetur ſigillatim. Nunc ſchema ſaltem aliquod deflexum veluti adumbrans, lubet inſerere.



ARTICULUS II.

SECTIONIS IV.

Agit de dulci, & quas oſtendat qualitates.

DUlcis ſapor eſt, qui fit, quando humidum ſapidum cum ſicco terreſtri exactè miſcetur, & perfectè excoquitur, ut neutrâ parte claudicet, adeòque æqualiter ſenſum feriat. FRACAST. lib. 1. cap. 13. ita deſcribit, quod nullum in miſtione exceſſum obtinet, ſed omnium convenientem miſcelam ex aëreo multo & aqueo, cum quibus quæ terrea & ignea ſunt, minutiſſimè ſunt confracta & rotundè commiſta. Chymicis natura

tura ejus conſiſtit in ſale cum reliquis principiis probè miſto ac convenienter; vel, ut aliis placet, quòd ſali ſulphur fuerit admixtum; ſi mercurius verò ſali adjungatur, acidus oritur ſapor. Cartheſiani hîc ad figuras atomorum harmoniacas concurrunt, quæque æqualiter ſenſum attingant: Ex his utut multùm inter ſe diſſidentibus in facili tamen eſt virtutes inde Medicas divinare: Cùmque neutrâ parte vel excedat, vel deficiat ſapor dulcis, medicamina oſtendit temperata: Unde qualitates naſcuntur ſecundæ, non attenuandi quidem, aut adſtringendi, cùm utrinque peccetur, hinc exceſſu, illinc defectu caloris, ſed leniendi ac emolliendi. Quod nec ipſi negabunt Cartheſiani, quibus omninò hæc dici poſſunt æquales obtinere figuras, adeòque ſenſum æqualiter tangere, quod aliter fit in ſalſo, amaro, ac acri. His poſitis, nec reliquæ dotes à dulcedine ſaporis deducendæ poſſunt ignorari: Vis nimirum blandè ac leniter expectorandi, (quippe cùm acria hîc nimis exaſperent, acida adſtringant, & materiam in pectore retineant.) Diſcere id licet in glyzyrrhiza, paſſùlis, hydromelle, ficubus, ſebeſten, jujubis, & id genus ſimilibus, quæ commendationem merentur inſignem in tuſſi, phthiſi, in aſthmate & ſimilibus, ſive illa oriantur à tenui ſive craſſa materia. Reliquas virtutes, quas hîc datur cognoſcere, prætereo, uberiorem enim lucem ſuggeret explicatio ſaporis aromatici infrà tradenda.

ARTICULUS III.

SECTIONIS IV.

Agit de ſapore ſalſo, & quid virium inde liceat divinare.

SAlſus ſapor eſt craſſæ ſubſtantiæ, & fit, quando humidum illud paulatim fuerit aduſtum, vel ſi ſal ex Chymicorum mente præpolleat, Carthesianis gignitur ex inæqualibus atomorum figuris, ſenſum inæqualiter afficientibus, ingrati idcircò ſunt ſalſus, amarus, acris, ſed multùm variant pro varietate atomorum, nam & inæqualium figurarum cùm ingens detur diverſitas, diverſi quoque ex inæqualiter figuratis atomis naſcuntur ſapores. Vires & hîc collectu ſunt faciles, ſive principia Galenica, ſive Chymica, ſive Carthesiana ſpectes: Si Galenica, in primo circiter gradu calida indicat medicamina, in ſecundis verò, cùm ex levi partium aduſtione duplex naſcatur ſubſtantia, & tenuis & craſſa, vim arguit attenuandi ac incidendi, abſtergendi, ac leniter etiam adſtringendi. Ex Chymicorum principiis res eadem commodiſſimè poteſt explicari. Illis etenim cùm ſalſus ſapor ſalis arguat abundantiam, præter dictas virtutes calefaciendi ſcilicet ac attenuandi, vis in aprico eſt ſudorifera pariter ac diureti-

ca,

ca, eaque ob duplicem ſubſtantiam,tenuem ſcilicet ac craſſam. Tenuis enim pituitam incidit, poroſque cutis rarefacit; craſſa verò fibras partium conſtringendo, ad expellendum vel per urinam, vel ſudorem, irritat. Nec minùs ex Cartheſianorum atomis inæqualiter figuratis dictæ qualitates explicatu ſunt difficiles. Quippe cùm illa figurarum inæqualitas, quâ linguam feriunt ſalſa, deflexum à temperatura ipſum deſignent. Unde vis attenuandi & incidendi naſcitur major vel minor pro diverſitate inæqualitatis figurarum, quæ cùm in amaro ac acri major ſit, vis itidem incidendi ac attenuandi in dictis illis eſt efficacior. Unde & reliquæ virtutes oriuntur. Sed redeo ad Chymicos, qui in ſale vires rerum potiores ponunt: Ex horum mente, cùm vis ſtimulandi ſit in ſale, vim ex ſalſis colligimus libidinis excitandæ. Unde vulgò & paſſim etiam decantata eſt vis Venerem irritandi in oſtreis, quod non alii rei, quàm ſali latitanti videtur adſcribendum. Quamvis mutuas hîc conferant operas, & ſal modò dictum, & quibus condiri amant oſtreæ, aromata. Obiter autem hîc, cùm ſermo incidat de Venerem irritantibus, meretur adverti, oſtreas tantùm quatenùs tales, exſtimulare Venerem; non autem ipſi ſemini, quod vulgò eſt perſuaſum fortean, augendo ſuum ſuggerere fomitem. Duo enim ſunt ad hunc conflictum neceſſaria, & materiam ſeminis ipſam augentia, & partes

etiam genitales irritantia : Irritant autem vel acria, vel ſalſa, vel turgeſcendo impellunt flatuoſa, (quo nomine ſuſpecta ſunt tubera terræ, Germanis noſtris die Erdt-Aepffel dicta) hinc fit, quòd ipſi etiam ſcorbutici ac hypochondriaci ob ſeri ſalſi ac acris abundantiam mirum in modum affligantur interdum à Venere, utut nonnulli ad ſobolem procreandam ſint inepti, non enim quodvis ſemen ejectum ad eam eſt aptum. Semini verò & generando & augendo præter oleoſa ac dulcia quædam, ut paſſulas, ficus, ova ſorbilia, amygdalas dulces, & id genus alia mirum in modum proſunt aromatica, ut cinnamomum, macis, crocus, cardamomum, & alia id genus, quæ faciunt utrique ſatis, & ſeminis auctioni, & partium genitalium irritationi. Sed de aromatibus eò hîc dicam breviùs, quò infrâ de iis agendum ſit latiùs. Aſt redeo ad ſalſa, & quid porrò virium ex ſapore ſalſo queat colligi. Ex antè expoſitis virtutibus haut difficile eſt ſubtexere, quibus in morbis ſuam mereantur commendationem, quæ ſale abundant, nimirum in febribus intermittentibus quibuſvis, & aliis viſcerum obſtructionibus, qua de re paulò uberiùs dicam in articulo de amaro ſequenti. Verùm, quæ hactenùs ſunt dicta, ſi de medicamentis intelligantur ſale tàm fixo quàm volatili abundantibus, non videntur obſcura, cùm longè differant illa Chymicorum ſalia à ſale noſtro communi. Quæſtio igitur inſtituenda de ci-

bis

bis ſale conditis, an & ipſi in febribus commendabiles ſint. Quod affirmamus omninò, cùm etiam in hujuſmodi cibis vis inſit attenuandi ac incidendi pituitam, ſudorifera itidem ac diuretica: De Batavo quodam quartanario, penes quem ſalus erat fermè conclamata, memorat Excellentiſſimus ROLFINCIUS, lib. de febrib. cap. 118. illum uſu halecis ſaliti feliciter ſibi ipſi eſſe redditum. Nobiliſſimo Domino D. NEUCRANTZIO, Phyſico Lubecenſi Celeberrimo, haringum ſale conditum benèaudire, teſtatur exercitatio ejuſdem de haringo eruditè contexta. Sed dubia hîc fatigant fortean tyronem probè conſiderantem, cibos ſale conditos, obſtructionum & morborum inde naſcentium, ſcorbuti, calculi, ac febrium intermittentium eſſe genitricem, unde etiam uſu ſalſorum interdicere ægris ſuis ſolent Medici cordatiores. Sed facilis ſolutu eſt hic nodus, quòd diverſa nimirum ſit diætæ ac Medicaminis conſideratio. Sæpenumerò medicamina occurrunt generoſa, quibus ſi in dies ſingulos velles loco alimenti uti, tantum abeſſet, ut inde commodum ſanitati, ut ingens potiùs detrimentum ſit expectandum. Utinam id vulgus attenderet, longè meliore loco interdum multorum & res & ſanitas foret. Nonnulli enim eò temeritatis dicam an ſtultitiæ ſunt progreſſi, ut ſi quando hujus aut illius rei virtutem Medicam audiant Medi-

cis deprædicatam ; ſingulis poſteà non ſeptimanis tantùm , ſed & diebus & tantùm non horis ad luxum ſuum aut voluptatem ſanitatis patrocinio ſuo cacoëthi prætenſo abutantur; adeòque noxam adferant ſanitati inſignem. Quod cuivis liquet vel ex ſolius tabaci abuſu hodierno. Pro re igitur nata cùm ratione diætæ & medicaminis ingens advertenda ſit diverſitas, uſum quidem haringi , aliorumque ciborum ſale conditorum admittimus in febribus intermittentibus, ſed ſemel atque iterum , exiguâ etiam quantitate loco medicamenti: Nec dubitamus ipſi , quin ſi quis in febribus intermittentibus diutiùs juſtò in ſingulos dies & largiùs indulgeret ſalſorum uſui , magna ſit ad febres illas acceſſio futura. Aut ſi quis in aliis morbis chronicis, in diuturnis viſcerum obſtructionibus & crebriùs & largiùs his uteretur cibis, næ ingens ille ſanitati ſuæ inferret detrimentum. Quocircà æquè hîc, ut in aliis judicio opus eſt medentis , & quantum & modum utendi ritè præſcribentis. Par quoque ratio eſt , quarum mentio facta jam antè eſt, oſtrearum. Non negârim obſtinatè,in his etiam latitare fortean vim antifebrilem , quam urgent nonnulli,intuitu ſalis contenti. Interim in fonte diætetico , cùm difficiliores concoctu ſint , ab uſu earundem ægri ſunt omni jure prohibendi. Et tantum de ſapore ſalſo, aggredior nunc, cui ingens cum ſalſo affinitas intercedit,amarum.

ARTI-

ARTICULUS IV.

SECTIONIS IV.

Agit de ſapore amaro, & quarum index ſit qualitatum.

SAPOR amarus eſt, qui ex multo ſicco terreſtri, & pauco humido aqueo à calore abundanti gignitur. Chymicis in ſalis abundantia. Cartheſianis in figuris atomorum inæqualibus ejuſdem quæritur genius. Ex triplici hoc principiorum fonte non difficiles collectu ſunt qualitates tàm primæ quàm ſecundæ, & aliæ inde natæ. Et verò cùm ex aduſtione partium humidarum Galenicis, ex ſalis abundantia naſcatur Chymicis, utrumque manifeſtiſſimum calidi ac ſicci eſt in amaris argumentum. Unde radix Cichorii, cùm ſub lingua guſtantium manifeſtè prodat ſe amarities, in calefacientibus potiùs quàm refrigerantibus numeranda eſt. Quam quidem rem utut ſuâ radiantem luce, in dubium tamen vocavit Valleriola, ratus, neutiquam caloris argumentum ab amarore poſſe deduci; cùm æquè à frigore hic produci effectus queat, dentur etiam in ſic dictis officinalibus amara refrigerantia. Exempli loco laudat antè dictam illam Cichorii radicem & amaram, & ex mente illius refrigerantem. At facilis refutatu eſt hæc ſententia, & tot Medicis dudum exploſa, inprimis MICHAELI

DORINGIO *in tractatu de Opio*, ubi negat, ortum frigori poſſe ſuum debere calidos (qualis exempli gratia, amarities eſt) effectus, niſi forteaſn ex accidenti: Quod quidem ſententiæ noſtræ veritati nihil videtur derogare. Ad mentem Doringii tot Medicis confirmatam, authoritas accedit Galeni paſſim ſtatuentis, & tantum ad modum axiomatis, amara omnia eſſe calida, aſſeverantis. Quæ autem de radice Cichorii, de opio & aliis oggeruntur, utpote amaris, & (uti illorum fert opinio) frigidis tamen, κρινόμενα & ipſa ſunt, & fit probatio per obſcurum. Cùm oppidò ſit controverſum, & id quod venit in quæſtionem, an Cichorii radix, an opium frigida, an verò calida ſint. Sunt, qui hæc calida potiùs ſentiunt, quàm frigida, & rectè id quidem; cùm calidi utriuſque effectus & in propatulo ſint, & ex aliis eorundem virtutibus faciles collectu. In radice quidem Cichorii vis attenuandi, aperiendi, ac viſcerum obſtructiones reſerandi non aliunde quàm à calore arceſſenda. In opio verò diaphoretica vis æquè ac ſitim excitandi ſatis & paſſim decantata. Nec obſtat, quòd hoc ſoporiferum ſit; illa verò ad plerorumque mentem Medicorum, viſcerum intemperiem calidam credatur corrigere. Neutrum enim vel quicquam noſtræ officit ſententiæ. Neque enim opii vis ſoporifera frigidi argumentum eſt, cùm etiam calida dentur ſoporifera, uti

crocus, tabacum, & ſimilia: Nec Cichorio, quæ refrigerandi vis ineſt, calorem denegat. Cùm varii dentur gradus, cùmque illa, quæ in primo aut ſecundo receſſu calefaciunt, addantur in tertio aut quarto calidis, multùm jam tum frigidi his poſſe ſuppeditari, planum eſt, nec fugere poteſt recolentem (quæ AVERROES, LIDDELIUS, PRÆVOTIUS, SENNERTUS, & alii pleniùs inculcarunt) quòd primi gradus calida, tres frigoris, quinque autem gradus caloris contineant, & ita calidioribus de ſuo largiri omninò queant. Præterea etiam in hepatis intemperie calida tantæ commendationis eſt Cichorium, quòd illa ſit plerumque cum obſtructione conjuncta. Quocircà; ut oppidò tutus eſt ejus in hepatis affectibus à quavis cauſa natis, uſus; ita commendabilis maximè, quòd non uni faciat ſatis indicationi; eòque proſit citiùs, quò hæc duo conjunguntur ſæpiùs. Cichorii hiſtoria, uti nota eſt & facilis, ita & opii, de quo cùm infrà aliquid ſit dicendum, id jam telæ ejus nunc detrahimus. His expenſis, progredior ad qualitates ſecundas & reliquas inde natas. Quæ nec ipſæ obſcuræ ſunt ex generatione ipſius ſaporis, ſecundùm triplicem principiorum fontem. Cùm enim ex aduſtione naſcatur partium humidarum, duplicem videtur arguere ſubſtantiam, tenuem ſcilicet & craſſam, unde nunc ſudorifera itidem vis ac diuretica

promanant, ceu ex iis poteſt, quæ de ſalſo diximus, uberiùs patere. Facillimè hæc ac commodiſſimè ad mentem Chymicorum licet explicare; quibus amara multo ſale, alia quidem fixo, alia volatili, alia utroque dicuntur abundare. His poſitis, vel tyroni ignorari non poteſt vis, quæ ſalibus ineſt attenuandi, abſtergendi, adſtringendi, aperiendi, ac viſcerum obſtructiones reſerandi; ſudorifera itidem ac diuretica: In quibus verò ſal ineſt volatile copiâ ſatis magnâ, in iis modò enumeratæ virtutes longè ſunt excellentiores. Ex ipſis etiam Carthesianorum principiis rem illam demonſtratu haut difficilem, ex prioribus articulis, ne cramben toties coctam reponam, poteſt apparere. Ex dictis non obſcurum eſt dijudicare, in quibus affectibus laudari queant amara: Cùm, quod vi adſtrictoria robur addant viſceribus; attenuandi verò obſtructiones reſerent, diuretica pariter ac ſudorifera multùm vitioſæ materiæ evacuent hinc per urinam, illinc per ſudorem. Hinc commendatiſſima ſunt amara, in pancreatis obſtructione & affectibus inde natis, ut ſcorbuto, affectione hypochondriacâ, febribus intermittentibus, & ipſa etiam peſte: In hypochondriaco malo quantum valeant amara, ſcitè ac plenè docuit Higmohrus *cap. 7. tract. de affect. hypoch.* Verba ejus, cùm mentem noſtram pleniùs exponant, digna ſunt, quæ adſcribantur: *Amara*, inquit, *omnia proſunt, & ventriculo amica habentur, laxatas quia fibras ſua ſtipticitate contrahunt, ac ſale, quo maximè abundant, putrefactio-*

nem

nem retardant , acidos in ventriculo figunt ſuccos, & educunt , limoſos etiam ac viſcoſos hepatis aliorumque viſcerum vaſa obſtruentes humores abſtergunt , ac ſuperfluam , qua relaxantur fibræ , abſumunt & exiccant humiditatem. Et paulò pòſt idem. *Diureticis etiam profligatur mali hujus furor : Quia ſic à ſanguine ſucci illi per urinas ſeparantur acidi , ut fermentatio illa in venis contemperetur moleſta. Diuretica multo ſale gaudent , qui non ſolùm tenuem ac aquoſam ſanguinis partem ſeparat , & ad renes invitat, ſed & ſuccos figit acidos , & cum ſero propellit , omnique reſiſtit fermentationi.* Hactenùs Higmohrus. Mirifico igitur cum fructu in hypochondriacis adhiberi poſſunt ſive extractum , ſive eſſentia abſinthii aut centaurii minoris ad methodum ROLFINCII cum ſpiritu vini parata , aut Elixir proprietatis Paracelſi vel ſolum , vel cum eſſentia abſinthii , aut ſpiritu cochleariæ , naſturtii , aut aliis mixtum. Quibus non rarò plus proficimus, quàm tot citra ordinem miſtis. Profectò indigeſta illa tot ingredientium moles retardat interdum vim medicaminis potiorem , in qua cardo rei ipſius videtur verſari. Quàm facili negotio poteſt fieri , ut pari ratione ſive in centaurio , ſive abſinthio , ſive alio ex amaris commendabili vis potior , quæ cum in partibus adſtringentibus tum leniter attenuantibus , adeòque totâ temperie conſiſtit , additione plurium, ſi non deſtruatur prorſus , maximam certè partem imminuatur. Utinam id tyrones noſtri

ſub

ſub ipſis ſtatim tyrocinii annis animadverterent, & cacoëthi illi plura citra judicium miſcendi vitio ſeculorum in ſcholam Medicam introducto leſſum facerent maturè, non dubium foret, quin multa Empiricorum arcana detegerentur, ſaluti ægrorum rectiùs conſuleretur, & ſumptibus etiam ipſis multùm parceretur. Vis etiam antiſebrilis, ceu innui antè, colligi ex amarore poteſt. Quòd amaris feliciter ſiſtatur fermentatio, obſtructiones febrium genitrix intermittentium aperiantur probè, tenuis itidem ac acris materia cum per cutem, tum per urinam evacuetur. Hinc præmiſſis præmittendis, ſi amara, ut carduus benedictus, aut abſinthium, aut centaurium minus unâ item vel altera ante paroxyſmum horâ propinentur, ægerque componatur ad ſudorem, feliciter interdum & brevi ſolent febres profligari intermittentes. Cum enim ſale abundent amara, non cauſæ tantùm inſerviunt tollendæ, ſed & vi figendi ſuâ ipſi paroxyſmo videntur veluti manus injicere. Hinc in dictis febribus ſalia ex plantis aut aliis rebus concinnata, reliquis medicamentis omnibus præripiunt palmam. Neque non porrò ipſa vis alexipharmaca haut difficilis eſt collectu ex amarore. Si qua enim in morbis fermentatio turgens, cui mirificè amara mederi, jam expoſitum antè eſt, ſiſtenda, in malignis id expedit apprimè: Profectò amara & vi ſuâ

diapho-

diaphoreticâ juxtà ac diuretica, nec non adſtringendi ac abſtergendi pleriſque malignorum morborum ſymptomatibus ita faciunt ſatis, ut mirer equidem, reperiri quoſdam, qui vim negant alexipharmacam latitare in amaris, quà talibus, rati, ad occultas hic confugiendum eſſe qualitates, quoniam alexipharmaca exiſtimant tota agere ſubſtantia: Cùm tamen idem & ipſi ſtatuamus, ſed alio ſenſu phraſe illa τȣ̃ agere tota ſubſtantia intellecta, quem quidem pleniùs infrà deducemus. Nec patrocinatur horum ſententiæ, quòd etiam alexipharmaca dentur dulcia. Cùm enim non iiſdem, ſed diverſiſſimis ſymptomatibus in corpus noſtrum agant alia atque alia venena; diverſis etiam opus eſt antidotis, non uno modo agentibus. Hinc diverſa ſolet ſive Bezoarticorum, ſive Alexiteriorum claſſis conſtitui ab Authoribus: De quo infrà de Alexipharmacis, paulò erimus uberiores. Cùm tanta igitur vis ſit, tantaque amarorum in morbis malignis efficacia; multis ſanè encomiis deprædicanda eſt Theriaca Meſües ex quatuor amaris conſtans: Nec video, cui bono nonnulli auſint ariſtolochiam rotundam eliminare, & ejus loco ſumere angelicam. Angelica ſummo cum fructu poteſt addi, & probè tamen retineri Ariſtolochia

rotunda,

rotunda, utpote amara, & magnæ idcircò in malignis commendationis. Nec fugere porrò ex hactenùs expoſitis poteſt vis antiſcorbutica; cùm enim non aperiant tantùm amara, ſed & nimiam exiccent humiditatem, ceu ex Higmohro antè oſtendimus pluribus, fræna quaſi injiciunt fermentationi ſcorbuticæ, & ipſam adeò materiam ſalſam ac acrem multùm imminuunt. Cùm autem tantam in peſte ac morbis malignis laudem mereantur amara, non immeritò inquiri hîc poteſt, an etiam vis cardiaca propriè dicta in iis lateat. Nos negamus acriter: Nec eſt, quod cordi ferant ſuppetias, halitus moleſtos ad exteriora expellendo, cùm non, quæ vel quovis modo cordi ſubveniunt, cardiaca omnia ſint propriè dicta. Vis denique eſt quoque in amaris vermes extinguendi: Uti enim à dulcibus naſcuntur, ita ab amaris iterum extinguuntur.

ARTICULUS V.

SECTIONIS IV.

Agit de ſapore acri, & quid conferat ad vires medicaminum dignoſcendas?

ACer ſapor eſt, qui fit ex tenui materia ab igneo calore attenuata, linguam pungens, aut acrimoniâ afficiens. Chymici hîc concurrunt ad ſal ſuum acre: Cartheſiani ad figuras atomorum triangulares, vel quadrangulares, incur-

vas

vas crurumque inæqualium , eoque modo ſe habentes,ut porulos linguæ intrantes haut debitam cum ipſis gerant menſuram, adeoq; ſuis eam apicibus feriant. Ex hoc fonte triplici nunc in proclivi eſt vires medicaminum cognoſcere. Et ex calore quidem magis vel minus tenuem materiam attenuante (quam ſententiam fovent Galenici) pro majore vel minore medicamenti acrimonia, majorem vel minorem ejuſdem calorem. Unde manifeſta, quæ in corticibus citriis ſub lingua guſtantium reliquitur acrimonia : caloris quoque ſatis manifeſti eſt index : Vehementioris vero, ſi inſignis eadem fuerit, & cum noxa ferme aliqua conjuncta acrimonia, ceu patet in piperitide , ranunculo flammeo, pyrethro , & aliis juſto acrioribus. Ipſos etiam gradus caloris (ut ſic unus inſtar omnium nobis ſit hic ſapor , ad cujus normam procedere liceat in cæteris) explorare quodammodo datur ex diverſitate acrimoniæ. Quæ , ſi adeo fuerit exigua, ut , ſi diutius ſub lingua hæſerit medicamen, tandem aliquando ſentiatur, ſed leviſſima, primi gradus principium , ſin vero manifeſta, finem primi ſeu ſecundi principium , (quæ duo videntur coincidere) ſin oppido manifeſta, & tantum non inſignis , omnis tamen expers moleſtiæ , finem ſecundi ſeu principium tertii , ſin vero non inſignis tantum , ſed & cum moleſtia quadam conjuncta medium tertii, ſin vero moleſtiæ inſigni etiam noxa quædam fuerit adjuncta , finem tertii ſeu principium

quarti , ſin præter moleſtiam noxam quoque adferat inſignem , & medium & finem quarti (nam & hic certæ dantur latitudines) videtur deſignare. Nec minus apertæ ſunt, ceu ex fonte rivuli , inde manantes qualitates ſecundæ. Cum enim ex tenui conſtet materia hic ſapor , tenuem quoque arguit medicamenti ſubſtantiam , & inde natam vim attenuandi pariter ac incidendi , majorem vel minorem, prout vel intenſior eſt vel remiſſior eorundem acrimonia , urendi vero ac corrodendi, ſi vehementior. Ex tenui etiam ſubſtantia oritur jam porro , vis aperiendi , diſcutiendi , ac obſtructiones viſcerum reſerandi. Ex diverſis Chymicorum ſalibus res itidem explicatu eſt facillima. Quo ſalia enim fuerint acriora , eo & calorem & virtutem incidendi oſtendunt majorem. Et quemadmodum ingens cernitur diverſitas in acrioribus, in quibus ex mente Galenicorum acres ac igneæ particulæ tam diverſô aliarum comitatu inſtructæ ſunt , ut alia noceant, qualia venena , cauſtica , ac corroſiva. Alia vero proficua , ut aromatica. Eadem & in ſalibus datur pro diverſa cum reliquis principiis mixtione diverſitas. Hinc aliâ vi penetrandi inſigni morbos tollunt graviſſimos , unde arcanam veluti multorum medicaminum virtutem Chymici ponunt in ſalibus; Alia vero vi attenuandi nimis nocent mirum quantum , unde peſtis genium ipſius in ſale volatili acri ſui generis locandum ſtatuunt recen-

tiores. Ex his patet, apprimè, quoad quidem virtutes liceat Medicas oſtendere, Chymicos convenire cum Galenicis. Nec minor convenientia utrique horum intercedit cum variis atomorum figuris Cartheſianis. Quod enim hic innuitur diverſitate ſalium, illinc vero partibus acribus ac tantum non igneis: id diverſis atomis inæqualiter figuratis, ſcholæ fautoribus Cartheſianæ: Ubi enim plures ſunt figuræ atomorum incurvæ, & angulis ſat multis præditæ; apicibus ibi pluribus feritur lingua. Sin hoc, major vis arguitur incidendi, ſin minus, minor. Quamvis in auſteris æquè ſint figuræ atomorum inæquales, inæqualitas utriuſque eſt diverſiſſima. Quemadmodum autem juſto acriora ac cauſtica ob partes extremè calidas Galenicis. Ob ſal vero ſui generis acre Chymicis: Ita ob atomos figuris planè inæqualibus, triangularibus, quadrangularibus & aliis id genus nullisque correctis æqualibus inſtructas veneni vicem ſuſtinent Cartheſianis. Hoc tota agere ſubſtantia appellavit GALENUS, eſtque nihil alud (in acribus quidem) quam tenuitate ſubſtantiæ, quæ pro vario ſive qualitatum ſive atomorum comitatu diversè agit in diverſis, his nocet, illis prodeſt. Alii vocant qualitates ſecundas cum modo ſubſtantiæ. Cum facem hic nobis præferat CL. HOFMANNUS in pathologicis ſuis rejectaneis, lubet hic locum quendam maximè congruum adſcribere: Actio (inquit) quali-

qualitatum eſt aut ab una ſola, duabusve rei alicujus, v. gr. à caliditate & ſiccitate piperis. Aut eſt in complexu omnium ſimul una cum modo ſubſtantiæ, ut in arſenico, ſepticis venenis, theriaca, morbo Gallico &c. Et hoc poſterius eſt agere à tota ſubſtantia, quam Galenus etiam totam temperiem vocat, proprietatem, ſubſtantiæ, contrarietatem ejuſdem, modum ſubſtantiæ. Hæc Hofmannus. Quæ cum non omnibus pateant, inprimis, quorum in gratiam hæc ſcripta ſunt, tyronibus noſtris, mens Hofmanniana illa plus infra lucis ab explicatione aromaticorum uberiore mutuabitur. Si regerat tyro, quî aut unde ſibi innoteſcat, an noxia ſit, an vero ſalutifera illa acrimonia: Reſpondeo, partim id patere à priore, partim à poſteriore. Alia enim vim produnt cauſticam prima ſtatim fronte ſub linguis guſtantium: Alia vero, cum in tota craſi reſideat vis lethifera, à poſteriore: Noſque adeo, quando de viribus agimus indagandis à priore, non excludere, experientiam ſed ea intelligere, quæ experientia docuit ſalutaria, quæque tracta hactenus ſunt in uſum Medicum, modum autem inquirendi à priore attexere ea de cauſa, ut & in arte facienda utatur cautione, & præter vulgus ipſum ſapiat tyro: Hujuſque beneficio ſubſidii ipſe olim aliquid conferat ad artem noſtram locupletandam. Plura quæ hic dici poterant, reſervamus infra dicendis de ſaporibus mixtis.

ARTICULUS VI.

SECTIONIS IV.

Agit de ſapore acido, auſtero, ac Acerbo, nec non qualitatibus tam primis quam ſecundis inde colligendis.

HActenus dictum eſt de ſaporibus ex calore excedente natis, nunc brevibus de iis, qui ex debili gignuntur calore, ut acido, auſtero, acerbo. Acidus ſapor eſt, qui ex ſicco terreo & humido multo attenuato quidem, ſed non perfectè excocto generatur. FRACASTORIUS. lib. 1. cap. 14. Totam hujus indolem his depingit verbis: Quando minus terræ (inquit) plus autem ſubtilis aquei benè commiſti fuerit, acidus vocatur ſapor. Auſterus contra ac acerbus (differunt enim hæc duo gradibus tantum majoris ac minoris) ex multo terreo crudo & non exactè digeſto. Hinc fit quod aſper ſit uterque, cum terra ingratum, ceu ante laudatus FRACASTORIUS cenſet, *faciat ſaporem, quod inæqualis ſit ſicca & frigida : Humiditas vero gratior videtur, quoniam æqualis eſt, & lenis : Quod ſi cum caliditate conjuncta ſit, omnium ſuaviſſima habetur, quoniam calor gratiſſimus eſt animæ, propter quod aer maxime ad ſuavitatem ſaporum facit, aqua vero propter frigiditatem minus, ignis porro & ipſe, niſi acrimonia officiat, propter caliditatem ad ſuavitatem conducit.* Hi ſapores, cum ex cruditate na-

ſcantur ac defectu caloris, omnes arguunt frigidum, quamvis diſtinguantur gradibus majoris ac minoris. In ſecundis vero qualitatibus hinc colligendis, pro diverſa, unde conſtant (Acidus ſcilicet, auſterus, acerbus) materiâ, tenui nimirum ac craſſa, omnino eſt ſtatuenda diverſitas: Hinc quidem in auſteris puta ac acerbis vis adſtringendi, contrahendi ac repellendi; illinc vero, in acidis, præter vim adſtringendi ac repellendi etiam vis attenuandi ac incidendi. Chymici hic miris laudum præconiis extollunt ſal ſuum acidum: Vti enim in ſalſis, amaris ac acribus ſal eſt lixivum, ita hic acidum, Vnde & qualitates profluunt ſecundæ, vis attenuandi, incidendi ac adſtringendi in acidis, Vnde autem auſterus ac acerbus ex mente Chymicorum queat derivari, non æque conſtat. Sunt, qui hic Mercurium accuſant, quatenus cum ſale miſcetur tam acido quam lixivo: Quæ tamen opinio ſuis non deſtituitur difficultatibus. Quæ hic mens ſit Cartheſianorum, ex prioribus, ne cramben toties eandem reponam, ſatis ſuperque elucet. Plura, quæ dici merentur de hoc ſapore, reſervanda ducimus articulo de mixtis ſaporibus ſequenti.

ARTI-

ARTICULUS VII.

SECTIONIS IV.

Agit de ſaporibus conjunctis in uno ſimplici, & quas oſtendant qualitates,

EXpenſis nunc ſaporibus ſingulis, ratio ordinis exigit a nobis, ut aggrediamur etiam mixtos, hoc eſt in uno ſimplici conjunctos: quales ſunt acido-dulcis, dulci-acris (quo ſpectat etiam aromaticus) acido-acris, acido-ſalſus, ac ſalſo-acris &c. de ſingulis nunc ſigillatim, quid indicent virium. Acido dulci, cum ex hactenus expoſitis conſtet, acidum eſſe frigoris, dulcem vero temperati indicium caloris, conjicere eſt in propatulo duplicem ineſſe virtutem calefaciendi ſcilicet ac refrigerandi, & inde manantes adſtringendi juxta ac emolliendi, quod CL. HOFMANNO in libris de medic. officin. paſſim ſolet ſub nomine partium heterogenearum venire. Vbi quidem jure poterit dubium movere tyro, quomodo unum idemque, contrarias promittere virtutes & præſtare poſſit: Cum actio omnis proficiſcatur à potiori & ſi duo contraria in gradu excellentiori concurrant in uno, alterum vim alterius deſtruere. Quo poſito, ceu fundamento non difficile foret collectu, nullius planè in arte Medica uſus eſſe ſic dicta heteroge-

nea. Sed reſponſio ſuppetit facilis, quod duo contraria quidem non excellant in temperamento ſimplici ſeu quatenus tali, dicta autem illa non ſimplicioris, ſed mixti ſint temperamenti: tum quod non ita comparata ſint omnia, quin unum præpolleat: Hinc etiam pro variis admixtis varias exſerunt virtutes. Si adſtringere ſit animus, hujuſmodi acido-dulcibus alia addi poſſunt adſtringentia, ut horum additione vis obtundatur emolliendi: Si vero ex emollitione ſpes commodi major eniteat, emollientia, ut vis adſtringendi illa, unde jam tum nullum nobis pollicemur fructum, ſupprimatur. Interim ſuo elogio non defraudanda ſunt, ſi ſola in uſum veniant heterogenea, & inſigni, qui inde ubertim in tot caſibus redundat, fructu: quippe cum jam tum actio ab his profecta, omnium ſit nobiliſſima, cum dulce temperet acidum, & acidum dulce. Sic egregia vis eſt in tamarindis acido-dulcibus, eorumque uſus maximè in febribus malignis eſt commendabilis, cum vis illa refrigerandi, quæ acido debetur, mirificè temperetur ſive corrigatur à calore, quem ſuggerit dulcedo, ut citra omnem noxam ſingulari cum fructu queant adhiberi: Cum tamen ſæpius ab extremè refrigerantibus, niſi in ſocietatem veniant corrigentia, ingens ſit ventriculo noxa metuenda. Cumque hujuſmodi heterogeneis, quales ſunt de quibus modo egimus, tamarindi, duplicem detur finem obtinere, adeòq;

una

unâ eâdemque fidelia, quod dicitur duos dealbare parietes, in diarrhæa magnæ ſunt commendationis tamarindi, & alia ejuſdem indolis. Duplici enim hîc oportet indicationi fiat ſatis, ut & humor acris genuina irritatæ nimis expultricis cauſa evacuetur, & fluxui tamen ipſi adhibeatur medela. Utrumque pollicentur ac præſtant tamarindi, & quæ ſunt notæ ejuſdem; hoc adſtrictione, quâ frœna veluti injiciuntur virtuti, quæ intuitu dulcis tamarindis competit, laxativæ; illud vi leniter alvum laxandi. Tamarindos igitur & alia id genus, ſi dixeris totâ agere ſubſtantiâ, non uſque adeò à ſcopo videris aberrare. Nec fugere etiam poteſt vis alvum ſolvendi in talibus, cùm adſtringendo & partium fibras corroborando, in partem veniente; quæ dulci ortum ſuum refert, virtute emolliendi, non poſſint non laxare. Et tantum de acido-dulcibus. Nunc etiam de dulci-acribus, & quidem, quæ huc faciunt, de aromaticis. Aromatica pleraque, ſi ad judicii lancem exigantur, aut dulci-acri, aut alio intermixto ſe ſapore commendant. Generatur igitur, quatenùs tenuis illa, ex qua acris naſcitur materia, mirifico partium temperatarum concentu, ne igneâ obſit acrimoniâ, corrigitur, unde non primæ tantùm qualitates ac ſecundæ innoteſcunt ex ſapore aromatico, ſed & illæ, quæ veteribus cenſebantur occultæ. Chymici hîc efferunt mirificam & oppidò concinnam ſalis cum reliquis principiis proportionem, quatenùs acrimonia ⊖lis mirum in modum à dulcedine ſulphuris eſt

temperata; unde & horum vi principiorum non manifeſtæ tantùm,ſed & occultæ veteribus habitæ,pateſcunt qualitates. Quippe his poſitis,non attenuat tantùm ſal illud ac incidit, ſed illa attenuatio, ſi totam ſpectes temperiem, hoc eſt, mirificam ſalis & acrimoniæ ejuſdem correctionem, longe eſt nobilior, eaque præſtat, quæ alia vi attenuandi quidem prædita, efficere tamen neſciunt. Rem illam modo ſuo etiã explicant Cartheſiani figuris atomorum inæqualibus, miro æqualium concentu correctis, unde lingua quidem feritur, quod figuræ præſtant acutiformes; ſed ut grata & moleſtiæ expers ſit illa vellicatio, in cauſa ſunt æquales. His nunc conſideratis, non obſcuræ ſunt vires, quas arguit ſapor aromaticus præter primas & ſecundas, quæ vel cuivis ex ſingulis ſaporum ante expoſitis non poſſunt non eſſe obviæ. Jure polychreſta merentur appellari aromatica. Cùm enim acres in aromaticis partes, adeòque vis attenuandi, tàm grato dulcedinis concentu mitigetur, ut non inſignes tantùm dotes promittat, ſed & ſua ſanguini ſuggeratur conſiſtentia,in cardiacorum propriè dictorum numero locanda ſunt, tàm temperatiora, quàm calidiora illa aromatica. Ratio & ipſa eſt luce clarior meridiana. Duo enim ſunt, quæ cordi ejuſque motui maximè ſunt infenſa, & nimia partium craſſities, & nimia tenuitas: Cùm ex utraque motus cordis naturalis queat impediri, imò pro cauſæ ipſius vehementia prorſus tolli; hinc quidem ſanguine veluti

coagu-

coagulato,illinc vero juſto tenuiore ac ad motum inepto. Prioris elegans ſuppeditat experimentum REGNERUS DE GRAEF in tractat. ſuo de ſucc. pancreat. §. 184. ubi hæc verba: *Ab eodem ſucco pancreatico acidiore per lacteas venas in ſanguinem translato major huic conſiſtentia accedit, unde minus rareſcens ſanguis pulſum facit minorem. A quo vitio valde excedente ſyncopem quandoque produci exiſtimem.* & paulo poſt §. 185. *De quo ſi quis dubitaverit, meo & aliorum exemplo liquorem multum acidum in viventis canis venam ſenſim infundat; & obſervabit, non tantum ſanguinem inde ita coagulari & concreſcere, ut poſtea ſine ipſius effuſione inſtitui poſſit ulterior ſectio: Sed ubi ad dextrum cordis ventriculum notabili qualitate pertingit acidus ille liquor, mox extingui & interire canem.* Hactenus ille. Poſterioris exempla patent in peſte, in qua à ſalis volatilis acris nimio exceſſu ita attenuari interdum poteſt ſanguis, ut ad motum planè reddatur ineptus. Cum vero in aromaticis tenues à dulcibus partes, & vice verſa corrigantur, ne hinc tenuitate illinc craſſitie noceant, in confeſſo eſt, quare cardiacorum albo adſcribenda ſint eadem, de quibus uberius dicetur infra de Cordialibus. Jam porro ſapor aromaticus vim arguit in medicamentis alexipharmacam, quod cum ratione, tum experientia eſt manifeſtiſſimum. Rationes ſi conſulueris, in aprico ſunt. Quod aromaticis præſertim calidioribus partes inſint volatiles & ſpirituoſæ, quarum beneficio vis

ipſis

ipſis competit diaphoretica, quâ halitus malignos ab internis partibus ad exteriorem corporis ambitum expellant: Accedit vis ſanguinem totâ corruptum ſubſtantiâ corrigendi inſignis: Hinc ſi experientiam adhibeas in conſilium, à tot uſque annorum decurſu in peſte aliiſque morbis malignis commendabilia fuerunt, radix angelicæ, valerianæ, caryophillatæ, cinnamomum, meliſſa, chærefolium ſive vulgare ſive Hiſpanicum. Solo chærefolii uſu, memini narrâſſe, cùm agerem Lugduni Batavorum, virum mihi amiciſſimum, peſte olim laborantem, ſe ſibi feliciter eſſe redditum, cùm cibum, quo frequens uſus eſt jam tum, inde ſibi curârit parandum, quem Germani noſtri vocant ein Kohl von Kerſel. Ex odore jam porrò aromatico vi[illegible]enitet, quæ mirifica ineſt, menſes ac partum promovendi, ita ut ad miraculum uſque adſtantium, interdum & votis & deſideriis faciant ſatis. Hinc in tali caſu laudari merentur crocus, ſemen aniſi, fœniculi, aqua cinnamomi, aqua hyſterica, Mynſichti, aqua vitæ mulierum, & id genus ſimiles ex multis aromatibus conflatæ: Præſtans eſt & magnæ commendationis ſequens pulvis:

℞. Sem. cumin
Zedoar.
Galang.
Croc.
Caſtor. an. ſcrup. I.
Ol. cinnam. gtt. III.
M. f. l. a. S.

Ein Treib-Pülverlein auff etlichen mahlen.

MEnſes etiam & partum accelerant nonnulla ex ſic dictis veteribus cephalicis, ut ſalvia, roſmarinus, & alia. Unde videre licet in vetuſtis etiam libellis ante multa ſecula in gratiam obſtetricum conſcriptis, hanc virtutem in ſalvia & roſmarino ceu arcanam deprædicatam; quæ nobis planiſſima eſt & in luce poſita aprica, acrem illorum odorem cum grata quadam ſuavitate, nec non ſaporem aromaticum advertentibus. Et reverà ſummis hîc encomiis digna ſunt & hæc, & alia aromatica duplici nomine proficua: Cùm quod ſuavitate tàm ex odore, quàm ſapore nata tenues in ſanguine partes, quas ſpiritus vitales appellant, (niſi ſingularis quarundam natura, & morbi obſtent uterini) recreent, & ſic toti robur addant corpori: tum quod vi incidendi pituitam, ac aperiendi vias patentiores reddant, & acrimoniâ facultatem expultricem irritent. Hinc aquæ carminativæ, cùm & ipſæ maximam partem ex aromaticis concinnentur, ſummam hîc & poſſunt & ſolent mereri commendationem. In EXPECTORANTIBUS etiam locum ſibi vendicant aromatica, ſi in cauſa ſit materia craſſa, hinc ipſum, de quo non ſemel dixi ob præſtantiam, cinnamomum excellens eſt in aſthmate remedium, uti & ſalvia, roſmarinus, thymus, hyſſopus, fœniculum, aniſum, &c. quòd omnia hæc ſint aromatica. Quàm egregii uſus in aſthmate ſint

aromatica docet Nobile illud & in tot caſibus exploratum Elixir Rolfincii aſthmaticum maximam partem ex aromaticis conſtans, deſcriptum in chym. in art. form. redact libro quarto ſect. ſecunda cap. 3. Ipſe ſoleo hoc elixir, quod mihi hic in frequenti uſu eſt, ita temperare.

℞. Aq. Veronic. ℥ ij.
Tuſſilag.
Scabios. an. ʒ vj.
Sir. violor. ℥ jß.
Elixir Rolfinc. aſthmatic. ℈ ij.

M. F. S. ſolet nobis venire ſub nomine, mixturæ noſtræ pectoralis cæruleæ. Nec obſcurum eſt, quare pectori tantopere proſint aromatica: Cum tenuitate partium viſcidam illam ac tenacem, bronchiis pulmonum adhærentem ac difficilem excitantem reſpirationem pituitam incidant, facultatem quoque expultricem irritent, imo grata ſua dulcedine materiam ad excernendum aptam reddant: Acria enim nimis exaſperant: Quod vis etiam anticolica ex ſapore aromatico poſſit divinari ex dictis poteſt patere, cum aquæ carminativæ maximam partem conſtent ex aromaticis. Hinc aqua corticum aurantiorum in vino malvatico deſtillata (ut alia taceam) ſacri eſt inſtar aſyli in colicis doloribus, ſi ortum trahant à flatibus. Collectu quoque facilis eſt ex ſapore aromatico vis antihypochondriaca. Cum variis ſatis indicationibus faciant, & tot, quæ hunc morbum comitan-

mitantur, ſymptomatibus ſuccurrant: Præter enim id, quod aperiant, ſpiritus quoque vitales recreant, & viſcera quoque corroborant: Cum autem duûm ſint generum aromatica, & temperatiora & calidiora, pro diverſitate ſymptomatum ingens eſt habendus delectus, & eligenda ſunt, ſi quid mali à calore metuatur, temperatiora (hoc eſt, ut hic quidem ſumo vocem temperati, non uſque adeo calida) qualia ſunt flores citrii, aurantiorum cortices utriusq;, flores item tunicæ, Meliſſa, poma Borſtorfiana, unde ſirupus ſolet confici in officinis. His uti & calidioribus loco correctionis, pro varietate ſymptomatum addi etiam merentur interdum flores Borraginis, bugloſſæ, roſarum, violarum: Magnæ etiam hic ſunt commendationis, & aromaticorum (ut ipſe nunc ſumo vocem aromatici) albo inſerenda petroſelinum, chærefolium & præprimis Hiſpanicum: Non poſſum etiam hic non ſummis efferre laudibus, omnino aromaticorum indolem redolens polychreſtum illud quidem, ſed in malo hypochondriaco præprimis Commendandum, ex ſale volatili & oleo aromaticorum, toti nunc ferme orbi terrarum celebratum, Magni Sylvii medicamen, ab authore & ingredientibus dictum ſal volatile oleoſum Sylvii. Quin etiam ſic dicta cephalica maximam partem conſtant ex aromaticis, quod tenui ſubſtantia pituitæ ceu matri omnium pæne capitis morborum eant obviam. Et ipſi etiam præterea ventriculo proſunt aromatica,

uti

uti in galanga, zingibere, pipere, cardamomo, macere, & aliis id genus elucet. Valdè hæc, fateor, poſſunt confundere tyronem authores, nil niſi occultum ſpirantes legentem, quando antè dicta aromatica modò ceu cardialia, modò ut cephalica, modò ut ſtomachica tantoperè videt deprædicata in ſingulis, ut incertus ſit, utrùm in cordialibus, an in cephalicis, an verò ſtomachicis queant numerari. Sed rectiùs, ſpero, jam judicabit, poſteaquam viam monſtravero explorandi: Unde non ampliùs mirabitur cum vulgo, ſi his vel illis Practicis inſignioribus multis celebratur nominibus oleum roſmarini, cephalici aliás habiti, in colica, chærefolium in vertigine, (memini enim adhuc cum voluptate ex manuſcripto collegio Celeberrimi quondam Medici ac Profeſſoris Lipſienſium MICHAELIS, eſſentiam chærefolii oppidò in vertigine proficuam eſſe,) nec mirum, cùm aromatica ſint, & flatus potenter diſcutiant. Nec mirabitur ampliùs, ſi in vulgaribus ſaltem legit, angelicam ac caryophillatam in pectoris vitiis prodeſſe mirum in modum, cùm utraque ſint aromatica. Agmen denique hîc claudat, quòd ex ſapore aromatico colligi queat vis non irritandi ſolùm Venerem, ſed & fomitem ipſi ſemini ſuggerendi. Neq; verò longè arceſſenda eſt, cùm domi velut ſuppetat, & ex rei ipſius viſceribus erui queat rei illius ratio. Cùm enim aromatica ingentem cum ſanguine noſtro convenientiam gerant ob partes tenues ac ſpirituoſas, fit ſanè, ut ſanguinem attenuando, eumque gratâ ſuâ acri-

moniâ

moniâ corrigendo, ſpiritus quos vocant, vitales augeant, hiſque auctis, cordis motum ipſius promoveant,celerioremque reddant; ut majore adeò copiâ ad corporis totius partes deferatur ſanguis, unde non nutritio ſolùm augetur; ſed etiam ſanguinis copia uberiore per vaſa ſpermatica ad partes genitales ſuppeditata, ipſum ſemen, acrimonia autem ſua partes irritant ad expulſionem genitales, & ſic duplici nomine hîc proſunt aromatica. Unde vulgi errorem auguror manaſſe ſæpe vim Veneris irritandæ rebus quibus minimè convenit, adſcribentis falsò, quæ aromatibus, quibus condiuntur, jure erat potiori tribuenda. Argumento inter alia ſunt cochleæ, quas vulgus æſtimare ſolet ad flammam Veneris excitandam; cùm tamen contrarium, ſi ejus temperiem ſpectes,videatur adſtruendum.Frigida enim craſſa ac concoctu difficilis eſt illarum caro: An igitur ab hac nonnihil Veneri ſit ſubſidii exſpectandum, vel tyro artis medicæ judicabit. Nunc ad examen vocandus eſt acido-acris ſapor, qualis eſt in aceto, acido-ſalſus, qualis in cremore tartari, & ſalſo-acris, qualis in nitro eſt. De ſingulis ſigillatim,ſed brevibus. Acido-acris partes arguit heterogeneas, calidas juxta ac frigidas. Exemplo nobis eſt acetum, de cujus temperie tot dantur Authorum diſſenſus; alii enim frigidum id ſtatuunt eſſe, alii verò calidum. Ipſe GALENUS lib. 3. de vict. ration. in acut. ad acidum reſpiciens, frigidum putavit acetum: Verùm, cùm acres partes obtineat ac

 ſalinas,

ſalinas manifeſti indices caloris, non ſimpliciter frigidum poteſt appellari. Sunt etiam, qui pungendi vim ac mordicandi in aceto attribuunt vermiculis, qui adhibito microſcopio, oculos videntur incurrere. Integrum cuivis relinquimus judicium. Acido-ſalſus, qui ineſt cremori tartari, & ipſe non ingratus eſt, & oppidò bonam ac ventriculo præprimis ac hepati ſalutarem indicat temperiem, aciditate enim non incidit tantùm craſſos humores, ſed & calorem hepatis, aliorumque viſcerum excedentem mitigat,& tantùm non refrænat. Salſedine autem, cùm index illa partium ſit terreſtrium,robur viſceribus addit.Et verò,uti in acido-dulcibus attigimus, quòd vis inſit leniter laxandi,quæ in emolliendo pariter ac adſtringendo conſiſtat,ita& eandem admittimus in cremore tartari ſeu acido-ſalſo, eamque putamus á vi adſtringendi juxta ac aperiendi deducendam. Salſo-acris denique paucis eſt attingendus, hic ineſt nitro, de quo & ipſo fovent contentiones: Alii enim frigidum putant, quod & ipſe eventus videtur edocere: Alii calidum, ad acrimoniam ejus advertentes. Reſpondemus & frigidas & calidas partes eſſe in nitro, pro varia itaque præparatione varias promit virtutes. Quod ſalis prunellæ ſeu nitri præparati tanta ſit in inflammatione ac ardore faucium commendatio,ceu ſuprà fuit expoſitum, ſulphur adjectum videtur eſſe in cauſa. Et hæc ſufficiant nunc dixiſſe de ſaporibus.

SECTIO

SECTIO V.

Agit de admirandis quibuſdam & limites naturæ excedentibus, ac falsò effictis rerum nonnullarum effectibus. Et verbo tangit, an, & quid Chymia faciat ad vires medicaminum indagandas.

ARTICULUS I.

SECTIONIS V.

Prius proponit, nempe ſuperſtitioſas rerum vires.

CUm hactenùs expoſitus ſit modus indagandi facultates medicaminum à priore, & quouſque fines detur ſuos extendere naturæ: Haut abs re erit, nec lucis parùm accedet dictis, ſi eâ quâ par eſt, brevitate, ſuperſtitioſæ vulgi ſententiæ, & quos falsò affingit nonnullis, vim naturæ ipſam excedentes, effectus attexantur: Sic tyrones noſtri, quos à vulgo longum oportet eſſe disjunctos, harum ſive opinionum, ſive erro-

rum fibras maturè ex animis ſuis, & priùs,quàm altiùs egerint radices, evellent. In campo autem aliquantò patentiori, unum ſaltem ac alterum tangam verbo, eòque nunc ero brevior, quò in diſputatione, de vulgò dictis qualitatibus occultis, Jenæ ſub meo præſidio habita, fui fuſior. In medium prodeat prima herba Indorum, paſſim decantata noſtratibus, & cujus ſuprà facta eſt nobis mentio, thee, cui quot & quantas aſſignarint & aſſignent vires, piget fermè hîc commemorare: Quippe ſunt, qui annos poſſe ætatis florentes veluti vireſque priſtinas eam revocare, non dubitant aſſerere. Unde ſumptu ſic ſatis magno, at viribus non æquè reſpondentibus, ex India ad nos ſolet adferri: Sed vanitatem oſtendit eventus. Tantum enim abeſt,ut florem juventutis ipſum aut vires reſtituat, ut potiùs vi exiccandi nimia largior ejus uſus, vires imminuat noſtratium, & fati adeò ipſius diem occupet. Hinc virtus illa, quam ſycophantæ, quales circumforanei, & alii id genus homines, vel ob quodvis auri aut argenti aucupium nihil facientes ſuam conſcientiam, effingunt de ea, vana videtur ac irrita. De verbena verò quæ traduntur,monſtri ſunt ac portenti ſimilia: Non quòd morbis tantùm tot ac tantis vel ſola geſtata mederi, ſed quòd ea etiam, quæ vulgarem conditionem ſuperant, dæmones ſcilicet fugare ac ſpectra, & alia id genus queat præſtare. Hinc malè feriatis, (teſte BELLONIO, Obſervatio-

num

num ſuarum tertia & ſeptuageſima,) ad incantationes facit ac dæmonum præſtigias. Quale quid etiam ſomniant de hyperico. Fidem videntur pari ratione ſuperare, quæ fabulantur nonnulli cum de herba ſic dicta viva, cujus mentionem facit Garcias ab Horto, tum de alia quadam Indica, quarum hæc, (ut eſt apud antè laudatum BELLONIUM, obſerv. 74.) ægris creditur poſſe vel mortem, vel vitam prænunciare; hac quidem ratione, ut, ſi æger hanc in manu tenens ſiniſtra, fuerit alacrior, vitæ; ſin triſtior, mortis ſit ipſius præſaga: Illa verò vel geſtata ſolùm, amorem cujuſcunque virginis conciliare. Somnia, quæ ALBERTO MAGNO recitantur de eliotropio, riſu videntur potiùs, quàm refutatione digna. Alterum quidem, quod geſtanti talem comparet favorem, ut de longè etiam abſente nemini liceat niſi dextrè & loqui, & ſentire: Alterum, quod pulvino ſubjectum, ſi quid fuerit ſurreptum, ipſam furis imaginem referat dormienti: Herbam Japonniſi dictam, Indi (ut ſunt vanitatis amantes,) poſſe gloriantur in ipſo mortis confinio ac agone jam conſtitutis vires ſubitò reſtituere. Nec verò in regno tantùm vegetabilium hi ſuppetunt errores, ſed & in mineralium eorundem eſt affatim, ceu diſcere licet vel ex ſolius Cardani erronea, & ad juſtam Scaligeri cenſuram revocata, de lapidum viribus nonnullorum ſententia: Alios enim dixit ſapientiæ, alios divi-

 tiis,

tiis, alios divinationi, alios amori, alios robori ac bonæ fortunæ favere. Vis quoque dæmonis pellendi Sardio, ingenii felicitatem adferendi ac Principum parandi gratiam Amethyſto ſolet affingi. Sed vana hæc ſunt, ac nullis ſuffulta rationibus, ſi paulò penitiùs expendantur. Quòd enim verbena, quòd item hypericum, (ut ſic unâ eâdemque fideliâ duos dealbem parietes,) dæmones credantur fugare, id ſanæ repugnat rationi, cùm nulla detur inter agens & patiens proportio. Agentia quippe hæc ſunt materialia, patiens verò (qualis ipſe dæmon,) ſpirituale. Me quidem judice, cùm melancholiâ laborantes hypochondriacâ, variis phantaſiis nocturnis ac ſomniis periculoſis, tanquam ſpectris ſibi oblatis, ſoleant tentari, & jam tum cùm fructu in uſum vocari hypericum, ſedem ſuam hic de hyperico error in animis credulorum videtur fixiſſe. Par ferendum eſt judicium, cum de herba viva, cui virtus affingitur vel cujuſvis amorem virginis parandi, tum de altera illa, quæ vitæ pariter ac mortis fertur præſaga. Quòd hoc ſit ἀδύνατον, & limites naturæ videatur tranſilire: Illud verò magicum ſeu diabolicum, uti ipſe fatetur Garcias. Hujus enim vel illius favorem demereri, cùm ad voluntatem pertineat, non eſt poſitum in viribus plantarum. De Eliotropio res æquè eſt ſolutu facilis: Quòd legitima requiratur agentis ad patiens applicatio, & inter utrumque diſtantia conveniens: Non enim res vel malè, vel ſuaviter olens, ac Hamburgi proſtans,

afficere

afficere poteſt Tubingæ degentem: Nec video, quomodo una eademque herba tot in diverſis queat efficere, ut de me nil niſi honorificè & ſentiant, & loquantur: Cùm materialia non agant in voluntatem, ceu etiam Gaſſendus non poteſt non aſſeverare. Quin ſi faciam, non concedam tamen, poſſe in voluntatem agere materialia, quomodo in omnium promiſcuè poſſint, cùm ſtante Philoſophorum Canone, quodlibet non in quodlibet agat, ſed in corpus diſpoſitum, non video. An in Japonniſi vis tanta reſideat, vel in momento reſtituendi vires, valde dubito. Aſt, cùm ejus videndi copia mihi non ſit data, ſed ſaltem ex libris, quæ memorantur, innotuerunt, potiùs eſt hîc ſuſpendere, quàm propalare judicium. Hoc tamen negari non poteſt, vim illam, ſi inſit, non reluctari prorſus finibus naturæ. Quid de viribus lapidum ſit ſentiendum, falsò afflictis, de his conſulendus eſt FRANCISCUS RUEUS de gemmis. Breviter, ſed nervosè his diluit verbis Scaliger: *Verùm divitiæ, quo parari modo queant, neſcio, niſi ſimul comitem ſociamque bonam fortunam arceſſant ſibi. Quocircà minus prudenter hoc quoque ſeorſim polliceris. Hoc autem, ut pulcherrimum eſt in hac luce civili, ſecundùm utriuſque ſanitatis tum animi tum corporis theſauros, ita etiam difficillimum. Nam quæ gemma ſpiritus auget, reparat, conſervat: Ea ſapientiæ inſtrumenta quaſi quædam ſubminiſtrat.*

At quæ gerenti ſuppeditat opes, eas ex alienis loculis non corradit ſolùm, ſed etiam rapit. Et ſic etiam hæc breviſſimis ſatis erit tetigiſſe, cùm olim fuerim de iis prolixior.

ARTICULUS II.

SECTIONIS V.

Proponit, ſed verbo tantùm, an, & quid ad facultates medicaminum explorandas faciat Chymia?

NUnc peculiaris eſſet commentarius inſtituendus de uſu Chymiæ in dotibus ſimplicium medicaminum eruendis inſigniori: Verùm, cùm de operationibus Chymicorum tot libri loquantur, tot paſſim volumina prodierint, & prodeant, vel verbo tantùm, & tanquam aliud agenti, ne prorſus videar tacere, lubet in hoc articulo tantùm unum & alterum libare ex campo uberiore, & obiter uſum, quem Chymia confert ad facultates ſimplicium penitiùs explorandas. Si quid enim eſt, quod intimos naturæ theſauros receſſuſque medicamentorum abditiores recludit, & in apricam protrahit lucem, certè Chymia eſt, ars planè divinior. Unde variæ dotes, quæ veteres fugiebant, ope Chymiæ nobis innotuerunt. In ipſis meteoris non deſunt hujuſmodi res. In aqua pluviali ſal reperiri volatile, & inde fertilitatem, quam imber crebrior, menſe præ-

primis

primis Majo cadens terris promittit, arceſſendam, noruntilli, qui periculo deſtillationis facto per alembicum, ſal ex ea volatile pararunt. Nivem non frigidam eſſe ſimpliciter, ſed ſal aliquod, quod operatio patefecit Chymica, continere, nervoſè, uti omnia, docuit BARTHOLINUS *Illuſtre illud Daniæ ſidus* in aureo ſuo de uſu nivis tractat. cap.6. Acidularum uſum egregium & ſalutarem ob vim Mineralium, quæ operationibus ſuis aperuit, ipſa quoque monſtravit chymia. In regno minerali non minor eſt Chymiæ in dotibus Medicis propalandis admiratio. Antimonii vires olim latuiſſe, atque jejune admodum de eo ſenſiſſe veteres, patere inter alios poteſt ex lib. 5. DIOSCORID. de materia Medica cap. 99. Poſt cum diaphoreticas ejus tum alexipharmacas altè ſopitas ab orco veluti revocavit ſagax Chymicorum opera, qui ſingularis & uſus & commendationis medicamenta inde varia in variis affectibus pararunt. Quale ex. gr. eſt antimonium diaphoreticum, quod diaphoreſi malignos halitus ab internis partibus ad exteriorem corporis ambitum propellendo, febribus malignis, ſcorbuto, lui venereæ ac ipſi etiam peſti medetur. Tinctura inde parata in morbo Gallico aliisque impuritatibus una eſt inſtar omnium. Sulphuri non vim tantum ineſſe figendi, ſed & partes heterogeneas, gnava Chymicorum opera enodavit. Hoc quidem, cum ex parte ejus ſalina ſpiritum acidum, ex reſinoſa vero cum oleo vel communi vel terebinthinæ aut aniſi balſa-

mum, quem vocant, ſulphuris docuerit concinnare. Illud vero evincit ſalis, quod vocant, brunellæ præparatio. Quando enim nitri depurati ℔ß. drachmam. dimid. florum ſulphuris adjicias, vis in nitro ebulliendi mirum in modum figitur: Neque non metallorum dotes Medicas & ipſa in lucem vocavit Chymia. Cujus rei argumento præter alia eſt chalybs, cujus non vires tantum medicas, ſed & partes heterogeneas, aperientes juxta ac adſtringentes, cum crocum inde dictum aperientem & Martis adſtringentem paret, oſtendit. Si ad regnum te conferas vegetabile, ipſa plantarum ſalia, olea item ſpiritus ac aquæ ad artem Chymicorum ex herbis parata egregium præbent Chymicæ in explorandis dotibus ſimplicium uſus argumentum. Si regnum denique aggrediaris animale, & ibi ſuppetunt affatim egregia Chymiæ τεκμήρια. Sic non ſpiritum tantum penetrantiſſimum, ſed & oleum ac ſal volatile magnæ in tot affectibus commendationis continere cornua cervorum, Chymicæ docuerunt operationes. In ſanguine item cervino, nec non viperis ſal ineſſe volatile in peſte ac febribus malignis oppido proficuum, non niſi Chymicorum innotuit induſtria: Quod quidem ipſum non de viperis tantum, ſed & aliis animalibus, quod pleræque illorum partes (quæ mens etiam eſt Incomparabilis Sylvii) ſale ſint prægnantes volatili, meretur dici. Sed ingens datur varietas pro varieta-

rietate partium. In oſſibus igitur, quod ineſt ſalis volatilis (probè inculcante Excell. ROLFINCIO) id omne evolat calcinatione, fixi autem exigua ineſt portio. In ipſis denique excrementis animalium ſal aliquod nobis volatile oſtendit Chymia: uti patet in ſale volatili urinæ. Ad eundem modum ex bile animalium ſal parari volatile poteſt, & paravimus ipſi olim. Hæc ſunt, quæ vel extremis digitis hic placuit attingere.

SECTIO VI.

Agit de Experientia & quidem

ARTICULUS I.

De Experientia caſuali.

EXpoſitis jam iis, quæ ad dignoſcendas medicaminum vires à priore faciunt, oportet ad alterum illud fulcrum experientiam progrediamur. *Medicinam* enim (verba ſunt CHRISTIANI LANGII in miſcel. curios. Medic.) *quam inter eminentiora artificia primas ſuſtinere, nemo unquam dubitabit, experientia omnino peperit atq; concepit obſervatio. Ratio autem probè formavit ac educavit eam.* Hactenus Langius. Ex quibus patet, non rationem ſolam, ſed & experientiam ad artem locupletandam ſuum contuliſſe & conferre

ſymbolum. Et ſanè caſu ipſo multa doctos eſſe, & etiamnum doceri mortales, haut difficile eſt demonſtratu. Scordii ceu medicaminis planè excellentis uſum inſignem caſu ſaltem primo innotuiſſe omnium, author eſt GALENUS, quippe memorat, tempore belli ingenti hominum ſtrage edita, quæ ſtrata ſuper ſcordium jacuerunt, cadavera, immunia fuiſſe diutius putredine, reliqua non item. Bene igitur poſt illud ſcordium cœpit audire in ſcholis Medicis, neque ſanè immeritò: Cum laudibus, quæ de eo circumferuntur, exactè reſpondeat eventus. Apprimè digna ſunt, quæ de hoc ipſo BUSBECKQUIUS in Epiſtolis ſuis. Cum enim miſſus ipſe Orator ad Turcas eſſet, depaſcens quoddam contagium in itinere corripuit latus ejus ſtipantium catervam. Medicus igitur ipſis adjunctus pro re nata, cum in promptu non eſſent medicamina, ſollicitus de hac lue in herba, ne gliſceret latius, opprimenda, ſylvam peragravit, & invento, de quo magna ſibi pollicebatur, ſcordio, decoctum inde paravit, eoque Divini gratia Numinis ad unum omnes reſtituit eadem lue affectos: Diaſcordium FRACASTORII Magno SYLVIO cenſeri inſtar polychreſti, non coram tantum audivimus toties in noſocomio Lugduno-Batavo, ſed & ipſi ſumus experti. Ejuſdem diaſcordii uſu magna tempore peſtis fatetur ſe præſtitiſſe Geislerus in obſervat. de peſte Brunſvicenſi. Sed quo elabor! non ſcordii hic condam hiſtoriam, ſed unde caſu vires innotuerint, monſtrabo. Mali citrii virtutes

tutes præprimis alexipharmacas quomodo & ipſas patefecerit caſus, longior fui in analyſi mea de malo citreo , quo avidum rei illius lectorem dimitto. Neque vero minus, quæ in ſcolopendrio latuerunt dotes, ab orco in lucem protraxit caſus atque edocuit venatorem, qui crebro ejus uſu apros obſervavit delectari. Quos cum exemptos liene deprehenderit deſtitutos , non citra rationem collegit, vim quandam lienis tumorem abſumendi ineſſe , unde & ipſum cœpit eſſe officinis commendatiſſimum. Et vero hodieque idem poteſt contingere, ut caſu aperiatur vis rei alicujus Medica, effectum intueatur unusquisque, rationem neſciat vulgus , doctioribus tamen anſa ſuggeratur jam tum philoſophandi, & in vires rei internas altius inquirendi. Sic aſperſio aquæ frigidæ in lypothymia, quæ ipſis Medicis commendatur, & præprimis authori diſputationis de ſyncope olim ſub Magni præſidio Conringii habitæ, ipſo videtur caſu nata , quod fortean deficientibus medicamentis non de induſtria, ſed ex animi potius conſternatione ad hoc genus remedii confugerint. Neque fundamento ac ſucceſſu ſuo caret hæc ægrum recreandi ratio, modo animi deliquii cauſæ rectius advertantur. Si animi illa defectio (ceu ſæpius fit) à defectu ſpirituum vitalium oriatur , quod à nimio ſolis æſtu poros aperiente nimis , caloremque interiorem diſſipante contingere interdum amat meſſoribus. (Diſſipatis enim ſpiritibus, fons ipſe caloris COR relinquitur jam tum, unde facilis eſt hujus ſym-

ſymptomatis ortus) non inconveniens eſt frigidæ aquæ aſperſio. Illa enim poris occluſis, caloris nativi retardatur diſſipatio, ad interiora revertitur calor, & ſibi jam ipſi redditur æger. Diſpar vero ratio eſt, ſi mali ortus ſit dirivandus à prohibita tranſpiratione, & effluviis calidioribus præter naturam retentis, ceu fieri poteſt in nimis obeſis. In hujuſmodi caſu tantum abeſt, ut frigidi aſperſione vis remittat ſymptomatis, ut potius mirum in modum augeatur. Immerſio in aquam & potus ejuſdem largior commendabilis in miſerabili illo affectu hydrophobia dicto, anne & ipſa caſu innotuerit, doctioribus relinquo dijudicandum. Utut autem ſit ſive caſu ortum hoc remedii genus ſive aliunde, ſuis tamen non deſtituitur rationibus. Cum enim ſpecies quædam anginæ ſit hydrophobia, ut non minus doctè quam nervosè ex Aromatario oſtendit Nobiliſſimus Meibomius, Profeſſor Medicinæ in Inclyta Julia Celeberrimus in diſputat. de hydrophob. in aqua autem vis repellendi inſignis ſit, ejusque potus in angina oppido proficuus, in propatulo eſt illa virtus, nec ſunt in occultis qualitatibus latibula quærẽda. Quemadmodum autem caſu vis Medica rerum nonnullarum ac ſalutaris innotuit, ita etiam peſtifera. Vis in doronico noxia (ut nonnulli quidem cenſent) caſu videtur aperta. Suſpectum enim cœpit eſſe doronicum, cum canes interimere ſit obſervatum, ut pluribus inculcat Matthiolus in comm. in Dioſcoridem.

Quam-

Quamvis non ſemper detur à brutis ad hominem colligere. Caſus quoque videtur docuiſſe noxam , quæ ſalviæ uſum non raro excipit, ſi venenatorum animalculorum virulentæ atomi fuerint Communicatæ. Hinc non niſi aqua probè lota in uſum veniat Medicum , cum nonnulli ejus eſu ceu peſte ſubito ſint extincti. Quid ? quod ipſe uſus externus non raro ſummo cum periculo fuerit conjunctus. Virginem quandam memini olim manu decerpſiſſe ſalviam , unde vel ex ſolo tactu , multæ in manu obortæ ſunt notæ deterioris puſtulæ , quæ periculum minabantur haut exiguum, quod tamen periti manus Chirurgi, Deo Propitio averruncavit. Quid futurum fuiſſet, ſi ſumpta eadem intus eſſet ſalvia. Cave vero exiſtimes, ſalvia tantum delectari animalcula venenata: Profecto aliis etiam delectantur vegetabilibus. Unde vix aliqua herbarum in uſum trahatur ſive Medicum ſive culinarem , niſi probè fuerit repurgata. Si fas eſt propriam citare experientiam, memini ante quadriennium circiter cum Ienæ adhuc agerem, tale quid obſervare. Studioſus quidam ex eſu fragorum ſubito corripiebatur tumore brachii cum maculis purpureis aliiſque ſymptomatibus. Ipſe deterritus me conſuluit per contubernalem ſuum. Cauſam percontatus ſedulo ex fragis aqua non prius probè elotis, deprehendebam mali fomitem & ſuſtineri & venas jam ipſas occupaſſe. Sudoriferum igitur ſequens præſcripſi.

℞. Bezoard. C.C. ℈ij.
Bezoard. Sennerti ℈j.
Antim. diaphor. ℈ß.

M.F.S. Ein Schweiß pulver auf zwey mahlen.

Hunc pulverem propinari juſſi in aqua ſcorzoneæ. Sed æger ex formula inſpiciens, ſudore ſibi opus eſſe, non expectavit, donec pararentur medicamina, ſed ſudori ſe tradidit, quo largiſſimè robore ipſius naturæ educto ſibi redditus eſt feliciter: Et tantum de experientia caſuali.

ARTICULUS II.

SECTIONIS VI.

Agit de Experientiâ Imitatoriâ.

CAſualis explicationem experientiæ excipit imitatoria, quando vel à brutis aut ab hominibus oſtenſam hujus aut illius medicaminis vim imitemur. Prius quidem non ſemper eſt tutum, cum à brutis ad hominem haut uſque detur colligere: ſed obſervata hac cautela, ut, quod probè ceſſit in brutis, exigua homini propinemus quantitate, & prout bene vel malè habuerit homo, vel imminuamus vel augeamus poſtea, non uſque adeo contemnendus videtur hic imitandi modus.

nodus. Et vero, ſi rem rectius paulo examine-
nus,in ſingulis ferè fontibus curatoriis non de-
ùnt, quæ deberi videntur brutis. Catharti-
:orum æquè ac clyſterum, ad fontem pharma-
:euticum ſpectantium uſum à brutis edocti vi-
lentur mortales : Clyſterum quidem ab Ibice,
juæ roſtro adunco aquam ſalſam fertur immit-
ere in anum, & ſaburram ſibi moleſtam educe-
e non aliter ac clyſmate (uti ſcitè inculcat
JACOBUS TAPPIUS in Inclyta Julia Medi-
:inæ Profeſſor Celeberrimus in methodo ſua
nedendi) Catharticorum vero à canibus, qui ma-
è ſe affectos eſu graminis per inferiora ac ſupe-
iora expurgant. In alterantium quoque nu-
nero non deſunt, quæ accepta brutis viden-
ur referenda. Sic vis attrahendi pariter ac expel-
endi in dictamno oſtenſa à cervis eſt ; qui telo
ercuſſi venenato, dictamni illud paſtu excipi-
ınt. Unde benè cœpit audire Medicis non
n peſte tantum ac febribus malignis, ſed et-
am in affectibus uterinis, ut menſium, lo-
hiorum aut ſecundinarum retentione, imo in
artu etiam difficiliore. Ad eundem modum
nemorant authores, uſum ſeſeleos, cujus ingens
idem eſt cum in menſium retentione, tum
artu difficili commendatio, oſtenſum primo
mnium eſſe à cerva, quæ partui vicina, pa-
tu ejuſdem ſatiare ſe obſervatur. Pantheras,
juæ in Barbaria venenata carne capiuntur,
emedium quoddam habere, quo ſe inde-
nnes præſtent à venenis comeſtis, author eſt

SALOMON ALBERTI in oration. de herbarum diſciplin: In fonte Chirurgico etiam ſunt, quorum ortus à brutis videtur petendus: Et venæſectionis quidem, remedii planè Divini ab hippotamo, qui, dum oppletum ſe ſentit, arundinetum ingreditur, caudici arundinis tam diu ſe affricans, donec rupta vena ſanguinis copia emittatur ſufficiens, apertam poſt limo ſuperinducto ſiſtit & ſanat. Quod in more quoque poſitum eſt equis Ungaricis. Et tantum de priore. Poſterius & ipſum ſua radiat luce, ceu nomina docent, quæ à ſuis inventoribus plantæ adhuc retinent. A Regina Arthemiſia oſtenſæ creduntur vires Arthemiſiæ, unde & nomen huic eſt inditum A Teucro vero teucrium, à Centauro Medico Inſigni ac Præceptore Achillis centaurium: Ab Hercule panax Herculeum: Nicotiana à Nicotio Regis Galliæ conſiliario: (cujus opera innotuit, quique eam ex Luſitania in Galliam primus tranſmiſit) gentiana à Gentio Illyricorum Rege, Vettonica ſive betonica à Vettonibus (qui in Hiſpania invenerunt primi) pæonia à Pæone (non Pœone) Medico Celebriori (qui Plutonem ab Hercule vulneratum dicitur ſanaſſe, docente CL. HOFMANNO lib. 2. de medic. officin. c. 167) alia ab aliis & inventa ſunt & dicta, & inveniuntur ſubinde mentis ſagacitate humana: vires hujuſmodi plantarum pedibus olim calcatarum, hinc bellis minor, unde eſſentia paratur in fluxu ſanguinis oppido commendabilis, rorella i

οϑίσει , trifolium fiberinum in ſcorbuto flores
ıquilegiæ in ictero, & alia, quæ compendii ratio
ıon ſinit commemorari, olim neglecta, hodierno
empore celebrantur in ſcholis Medicis. Com-
nodiſſimè autem id fieri poteſt, ſi certus detur
nodus explorandi à priore uti vocant, quo cum
ungere poſt licet experientiam. Hæc nunc ſuffici-
ınt pauca de experientia imitatoria.

ARTICULUS III.

SECTIONIS VI.

Agit de experientiâ propriâ.

EXpenſis jam caſuali ac imitatoria, ſupereſt, ut propriam attexamus experientiam. Cum enim ſuſpecta ſæpius ſit fides, haut temerè
redamus cuivis, nec quæ hic vel ille, auræ tan-
um popularis captandæ, experientiæ nomine
venditat, imitemur. Hinc opus eſt, ut & ipſi faci-
ımus periculum, unde naſcitur experientia Me-
dicorum propria. Quamvis, quæ dicta ſunt,
ıon ita cupio intellecta, ac ſi vel quævis boni
commatis auctorum teſtimonia in dubium vo-
canda, aut ſusque deque ſint habenda: Utrinque
enim peccatur, hinc facilè credendo nimis, illinc
obſtinatè vel quævis negando: Hoc arrogan-
ter nimis de ſe, illud abjectè nimis ſenti-
entis videtur indicium. Aptè huc quadrant,
quæ tersè, &, ut omnia, nervoſè hanc in

rem dicuntur Excellentiſſimo v ro Dno HENRICO MEIBOMIO, Medic. Profeſſori in Inclyta Julia ac Archiatro Guelphico Celeberrimo, Fautori meo Obſervando in Epiſtola Eruditiſſima CL. BOOTII Obſervat. præfixa: *Non minus, inquit, illi peccant, qui nihil omnino aliis credunt, quam qui omnia. Hæc enim diffidentiæ illorum pœna eſt, ut magnam partem rerum ſcitu dignarum cogantur ignorare. Equidem qui in re obvia experientiæ, dubia alterius fide contentus eſſe, quam propria certitudinem ſibi acquirere velit, is mihi* ὕϛερον πρώτερον *philoſophari videtur. De rebus autem aut non prorſus, aut rarius contingentibus aliter ſe res habet.* Hactenus Meibomius. Ex quibus liquet, propria opus eſſe peritia, ſi artem Medicam aut facere aut docere cum fructu velis. Ritè autem ac pede inoffenſo ut progredi liceat in arte noſtra, tria veniunt advertenda ad experientiam vel uniu medicaminis acquirendam, cum agens, tum patiens, tum ipſe modus agendi. Agens quo nomine venit ipſum medicamentum, omnino ſit ſimplex: Malè enim periculum fit medicaminis in compoſitis: Cum certus ſic eſſe haut queat Medicus, utri ingredientium vis potior, & quam ſcire avet, ſit adſcribenda. Ad quem modum falli videntur ſat egregiè lapidis Bezoardici Patroni qui vim ejus diaphoreticam, pro qua pugnan tanquam pro aris ac focis ex uno item & alter effectu, quem in compoſito ſaltem cernunt, pu tant colligendam. Solent enim duo, tria au

qua

quatuor grana bezoar cum ſcrupulo uno aut duobus cornu cervi in aqua aliqua diaphoreti-ca propinari: Si voto igitur reſpondeat eventus, qui certus eſſe potes, utrum aquæ diaphore-ticæ, an cornu cervi ſale abundanti volati-li ob præparationem philoſophicam, an tri-bus illis aut quatuor granis lapidis Bezoar effectus potior ſit tribuendus, uti rectè & in-genioſè arguit PRIMEROSIUS de errori-bus vulgi. Eandem merentur cenſuram, qui cenſu venenorum putant excludendam nucem vomicam, quod theriacæ confectionem in-grediatur, adeoque extra noxam jam tum ſit ejuſdem uſus. Sed fallax eſt hæc experien-tia, fruſtraneus eſt, & ſui cultorem ludit ille mo-dus explorandi in tot tantisque mixtis. Unde non datur ſcire, utrum ſalutaris ſit, an lethife-ra nux illa vomica: Si quid enim inſit mali-gnitatis, quam tot admittunt, & à multis jam re-tro ſeculis aſſerunt medentes, facilè poterit illa tot benignorum admixtione obtundi in theria-ca. Neque vero ſufficit noviſſe veram inda-gandi viam affectanti, utrum ſimplex ſit medi-camen, an vero compoſitum: Sed an ritè ſit paratum aut alienæ expers qualitatis, ne teme-re generoſum medicamentum ob errorem in parando patratum damnet. Quo nomine ac-cuſandi ſunt, quibus malè audit antimonium ab ipſo olim Collegio Pariſienſi deterioris notæ, imo præſentiſſimum habitum venenum. Sed

malè rejicitur antimonium ob errorem in parando commiſſum: A ritè præparato, & uſu quoque legitimo non metuenda ſunt, quæ CL. HOFMANNO & aliis recitantur, ſymptomata. Patientis vero, (quod corpus humanum eſt) intuitu, conſiderandum eſt, an ſanum ſit vel ægrum: An ſenile an vero juvenile: Si ægrum eſt, an ſimplici morbo laboret an compoſito ac multis intricato ſymptomatibus, ac pene conclamatis. Atqui hac ratione tutiori datur viæ inſiſtere. Quippe ſi ſanum eſt, non temere ac citra cauſam tentandum eſt medicamentis. Quamvis habitus athleticus, ipſo teſte Hippocrate, cum periculo ſit conjunctus, & ſic etiam in ſtatu ſanitatis ſuadenda videantur medicamenta, ne morbo præbeatur cauſa: Prudenti tamen hic opus præſcribentis quid, & quantum, judicio eſt. Sin ægrum corpus, nondum tamen morbo detritum, ſed κατά τι collatum ad alia ægrorum debilium corpora, robuſtum, cæterisquidem paribus generoſum poteſt explorari medicamentum. Si corpus autem fuerit debilius, magna opus eſt cautione medentis, jam tum à fortioribus abſtinentis aut generoſis: ut ſi prægnanti ſcammoneum (qualis caſus recitatur Incomparabili Dno BARTHOLINO in ciſta ſua Medica) velles propinare. Scammoneum ſulphuratum generoſum quidem eſt ac præſtans medicamentum, ſed non niſi cum judicio adhibendum eſt, ſi doſin ejus tyro velit explorare.

rare. Non temere id auſit in debilioribus, ſed circumſpectè agat, probè advertens, quibus & quo tempore propinet. Niſi enim in his & ſimilibus cautus fuerit ſub primis tyrocinii annis, non noxam tantum ægris inferet ſat gravem, ſed & ipſe aut ſero aut nunquam quandam ſibi in doſi certitudinem acquiret, & modo exceſſu in his, modo defectu in illis nimium quantum eſt aberrabit. Quæ quidem ipſa, ſi in ullo medicamenti genere, certè in purgantibus præſcribendis ſunt probè attendenda. Neque vero cogitet tyro, rem levis eſſe momenti purgans ægris præſcribere. Profecto, ſi hoc ſibi perſuaſerit, aut ſcopum ſuum raro aut infeliciter attinget. Magnæ id mihi res molis videtur (utut mulierculæ ultra ſexum ſuum audaciores hæc parvi faciant, ut illuſiſſe videantur Medicis) rite & ſingulari cum judicio, ut ne quid nimis & extra caſam, quod dicitur, vageris, præſcribere. Præprimis ſi recolam tragicas, quæ Medicis haut raro contigerunt, hiſtorias. Sic Jenæ olim à ſpectatæ fidei ſene de Inſigni Medico quodam enarrata eſt hiſtoria. Is ad Nobilem vocatus Magdeburgum, ab acidulis reducem ut purgans præſcriberet, præſcripſit etiam, ſed eadem, qua alias huic conſuevit doſi, non conſiderans, vias jam uſu acidularum factas eſſe laxiores; aſt tam infelici cum ſucceſſu, ut æger centies & ampli us expurgatus animam ipſam ſubito expi-

 rarit.

rarit. Eadem ferme tragædia recitatur TIMÆO **von Güldenklee**/cujuſdam, qui haut citra ingentem vitæ ac virium jacturam ab Empirico fuerit expurgatus, unde & ipſe non cujuſvis cenſet eſſe ritè & cum fructu præſcribere purgans, refertque morem Italis receptum, libro tertio caſ. Medic. cap. XV. *Melius*, inquit, *à Magiſtratu proſpectum eſt Italiæ, ubi in ſingulis fere civitatibus loco publico affixæ conſpiciuntur tabulæ, cum inſcriptione: Nomina Medicorum, quibus licitum in hac urbe purgantia præſcribere.* Circumſtantiæ porro ſunt tyroni in parandâ experientiâ ſibi ſolida probè expendendæ, alias facilè poteſt falli. Quippe diverſimodè purgandi ſunt, qui humoribus abundant pravis, & qui minus. Hoc enim difficilius, illi, quod humor ad motum ſit pronior, vel exigua doſi haut raro evacuantur largiſſimè. Præprimis autem id advertendum in ægris eſt, qui in declinatione nimirum morbi, quando ipſa criſin intendit natura, facillimè poſſunt moveri. Nondum agitur biennium, cum juveni eximiæ ſtaturæ ac roboris, febre jam tum tertiana laboranti graviter, præmiſſis prius præparantibus, tria tantum grana reſinæ Jalappæ cum dimidio ſcrupul. cremoris tartari & tribus circiter granis elæoſacchari aniſi exhiberem, unde æger vel vicies, ſed citra ullam moleſtiam autq; virium jacturam expurgatus eſt, & brevi poſt DEI gratia reſtitutus feliciter eſt. Neque hoc tantum obtinet

in

in ægris; ſed ipſis etiam ſanis, (voce ſanitatis illâ κατά τι ſumptâ,) ut & faciliùs & difficiliùs, prout magis vel minùs abundant vitioſis humoribus, irritentur: Idque non variat tantùm pro varietate ſubjectorum; ſed & in iiſdem ea contingit diverſitas pro varietate temporis. Hoc patet mihi in pluribus, quibus uno tempore ſcrupulo uno radicis jalappæ cùm ſuis corrigentibus exhibito, vix quinquies fuit alvus ſoluta: Altero tempore iiſdem, (humoribus in primis abundantibus,) eadem medicaminis quantitate propinata vel vicies & ultrà, aſt ſumma cum εὐφορίᾳ. Loci etiam diverſitas conferre hîc poteſt multùm; unde natum autumo, quòd tàm variè à diverſis Authoribus in locis etiam diverſis agentibus ſumma hujus vel illius purgantis doſis fuerit determinata. Cavendum tamen, ne plus ultrà extendamus limites, & experientiâ temerariâ ægrum ipſum interimamus. Non audiendi igitur ſunt, qui eò progreſſi ſunt audaciæ, ut, ſi æger ſcrupulo uno & dimidio ex. gr. jalappæ nequit moveri, duos ſuadeant ſcrupulos; ſi non his, drachmam, & ſic porrò fines protrahendos eſſe. Sed pravum illud eſt, ac cane & angue pejus fugiendum tyronibus conſilium. Quod liquet vel in ſolis hypochondriacis: Illi non raró ob fæculentam, qua abundant, materiam, difficulter admodum irritantur pulveribus fortioribus, ſi etiam haut raró ſcrupulum unum cum dimidio radicis jalappæ cum aliquot granis reſinæ ſcammonii propinaveris, & tamen nonnulli horum largiter moventur vel vino paſſula-

to, aut alio laxante: Si in his antè memoratum nonnullorum conſilium, in doſi purgantium augenda fortiorum ſequereris, certè in ſummum vitæ diſcrimen adduceres ægros. Ætas quoque ægrorum tyroni eſt obſervanda; generoſi igitur medicaminis periculum non temerè faciet in ſenibus aut in infantibus: Miror igitur, nonnullos eò progreſſos eſſe audaciæ, ut theriacam aut mithridatium propinent infantibus, aut oleum ſuccini, & id genus alia generoſiora. Sed luunt interdum ſuæ pœnas audaciæ. Sic SENNERTUS CL. obſervavit, infantem obiiſſe à tribus guttis olei ſuccini à vetula in epilepſia exhibitis. Neque verò denique vires medicaminis tentabit tyro in ægris illis, quos varia eaque diverſa vexent ſymptomata. Falli enim in iis aut prorſus poteſt, aut noxam potiùs interdum ęgris afferre, quàm commodum, uſu id addocente quotidiano. In hujusmodi ſubjectum etiam incidiſſe videtur HOFMANNUS, vir aliàs oculatiſſimus, qui ægro cuidam, ſed variis ſymptomatibus affecto, laudano opiato exhibito mictionem dicit ſe cruentam excitâſſe: Unde pòſt cœpit, ſed citra cauſam ſiniſteriùs ſentire de laudano opiato: At verò egregium eſt ac multis dignum elogiis medicamen laudanum opiatum, (de quo infrâ uberiùs) modò uſus ejuſdem obſervetur legitimus. Effectum ſæpiùs immutant circumſtantiæ, nec ex uno ſingulari, ſed pluribus demùm colligitur experientia. Modus denique an per ſe, an verò per accidens agat medicamen, probè attendendus eſt, ne & hic

hic decipiatur,& generoſa citra cauſam medicamina damnet tyro. Quod iis videtur contingere,qui uſum damnant clyſmatum in febribus malignis, quòd uſum eorundem ſemel atque iterum mors fuerit ſubſecuta. Sed errare in eo videntur graviſſimè;malè enim mortis cauſam referunt ad clyſmata , (utut ſunt magni viri,) non modum agendi rectiùs diſcernentes. Multi profectò tot experientias,tot arcana venditant,ignari,quot & quanta ad experientiam unius tantùm medicaminis faciant comparandam. Memini quondam interceſſiſſe mihi contentionem cum Doctore quodam Medicinæ , crocum à tot uſque temporibus & merito ſuo in parturientibus celebrem acriter damnante, nec alio ad hoc paradoxon adſtruendum utente argumento , quàm quòd pleræque , quibus propinâſſet crocum in partu accelerando, à partu in febrem incidiſſent malignam. An ergò febris illa à croci uſu eſt arceſſenda? Quot bone Deus! cauſæ ſunt in parturientibus, quæ febrem citra omnem croci aut alterius medicaminis uſum poſſunt excitare, ut ſuo ſæpiùs malo edocentur mulierculæ?Doſis fortean fuit ſuperata,aut à lochiis aut ſecundinis retentis, aut aliunde orta febris. Sic ſæpiùs generosa damnantur medicamina , quòd hic vel ille doſi ſuperatâ malè habuerit ex eorundem uſu,cùm tamen ſummis ab aliis efferantur laudibus. Curſum nunc ſermonis noſtri dirigimus ad ſequentem ſectionem.

SECTIO

SECTIO VII.

Agit de ſpecificè alterantibus in genere, de cordialibus item, de alexipharmacis, electivè purgantibus, & venenis. Et quidem

ARTICULUS I.

De ſpecificè alterantibus in genere.

MOdo indagandi vires medicaminum cum à priore tum à poſteriore hactenùs expoſito, ſupereſt, ut ſubjungamus, quorum ſæpiùs in hoc libello facta mentio eſt, cordialia, alexipharmaca, ſpecificè alterantia, purgantia ac venena, nec non, unde cognoſcantur, expendamus, ſed primò brevibus in hoc articulo de ſpecificè alterantibus in genere. Dicuntur autem ſpecificè alterantia veteribus non ea tantùm, quæ hanc vel illam partem vel calefaciünt, aut frigefaciunt; ſed etiam quæ hujus aut illius partis obſtructiones reſerare, adeòque mirificè ſuam ſingula partem, neſcio quâ, qualitate occultâ, & à forma rei ſpecifica derivata creduntur corroborare. Unde in cerebri affectibus non alia putant eligenda, quàm cephalica ſic dicta, ut pæoniam, lavendulam, ſalviam, roſmarinum, & ſimilia; quæ ita cerebro cenſent dicata, ut aliarum partium morbis non æquè aut parùm

parùm medeantur: In uteri verò morbis uterina ſic dicta, arthemiſiam, pulegium, matricariam, meliſſam, & alia id genus commendent: Et ſic in cæterarum partium morbis ſua ipſis dicata ſpecifica. Alii contrà nullum ſuadent delectum, ſed in obſtructionibus viſcerum, ſive hepatis, ſive lienis, ſive uteri, ſive aliarum partium, aperientia. Hinc pæoniam, vis cùm inſit pituitam incidendi, adeò que obſtructiones aperiendi viſcerum non in cerebri tantùm, ſed & pari cum fructu in uteri ac lienis, ſeu potiùs ex mente recentiorum pancreatis affectibus ſuum exiſtimant obtinere locum. Quod etiam de meliſſa, roſmarino, ſalvia, & aliis pari ratione affirmant, cùm in variis eadem affectibus, non cerebri tantùm, ſed & pancreatis, pectoris, uteri ſingularem polliceantur fructum. At neutra, niſi de rigore aliquid remittat, punctum meretur ſententia. Neque enim prior vera eſt, cùm ſic dicta ſpecifica non unam partem tantùm juvent ac corroborent, ſed etiam alias, unde & in variarum morbis partium in uſum trahi queunt roſmarinus, lavendula, cinnamomum, cardamomum, &c. cerebro à veteribus adjudicata, quòd & aromatica ſint, &, ut oſtenſum ſuprà eſt, polychreſta: Sic in morbis pectoris modò dicta roſmarinus, cinnamomum, uti & chærefolium, ſi mali fomes reſideat in materia viſcida ac tenaci, ſacræ inſtar ſunt anchoræ, ſi in tempore, cum ſingulari medentis judicio trahantur in uſum: Peccant igitur vehementer, qui non alia, in harum vel illarum partium morbis, niſi quæ recenſita vident

dent in catalogo ſpecificorum, vocanda in uſum autumant. Unde non niſi ſub nomine arcani venit medicaſtris, ſi ſalviæ ac roſmarini uſum in menſibus retentis inſignem obſervent. Atqui ad hanc tuendam ſententiam faciunt argumenta partis poſterioris. Quæ tamen & ipſa paululùm videtur hallucinari, quòd nullum ſuadeat delectum; cùm tamen & craſeos ipſius diverſitas, & humoris peccantis, & viſcera obſtruentis docere abundè nos queant, aliud alii parti magis, alii minùs conveniens eſſe medicamen. Media igitur via hîc videtur omnium tutiſſima, ut neque juſtò rigidiùs, neque frigidiùs juſtò de his ſentiamus. Non dari igitur putamus ſpecificè alterantia hoc ſenſu, quod non in aliarum æquè morbis partium queant adhiberi. Interim hoc vel illud arbitramur ſive calefaciens, ſive aperiens in hujus vel illius partis affectibus majore cum emolumento trahi in uſum poſſe: Sed vim tamen illam non à formis ſpecificis & occultis, ac neſcio quibus qualitatibus, ſed cùm à craſi ipſa, (quod Galeno eſt à tota ſubſtantia,) tum humoris non uno modo in omnibus peccantis diverſitate eſſe deducendam. Quò ſpectant exempla à parte priore allata. Sic in affectibus hepatis cichoracea utpote amara, in pancreatis cochlearia, fumaria, naſturtium, & alia ſale abundantia volatili, in uteri graveolentia; in cordis ſuaveolentia, in aliis alia & proficua ſunt oppidò, & cæteris præripiunt palmam. Damnantur verò con-

trà

trà in hepatis juſtò humidiora, quòd tonum ejus lædant, in cerebri halituoſa, in cordis graveolentia, in uteri ſuaveolentia, in lienis (ſeu pancreatis) dulcia; in pectoris acriora, &c. Quæ cùm ſparſim tradantur in hoc libello, cum tædio hîc repetere omnia non placet. Propero igitur *ad ſic dicta* CORDIALIA. De quibus aget

ARTICULUS II.

SECTIONIS VII.

DE cordialibus ſic dictis, tàm in ſcriptis veterum, quàm recentiorum errores reperiri inſignes, & planum eſt, & ſuâ radiat luce; cùm vel quodvis alterans vulgariter aut ſudoriferum in cenſu conſueverit cardiacorum haberi, nec mirum in modum confundi eorundem doctrina. Dicta autem veteribus ſunt, & dicuntur etiamnum multis recentiorum CARDIACA, quæ occultis qualitatibus, & neſcio qua ſubſtantiæ proprietate COR ipſum creduntur immediatè recreare. Nobis autem audiunt cardiaca, quæ tota craſi non cor immediatè, ſed cum chylum, tum ſanguinem, iiſque mediantibus, & beneficio circulationis, per venas ad cor redeuntibus, idem quoque dici poſſunt corroborare, quatenùs motus ejuſdem ab alterato ac mirificè correcto ſanguine & ipſe corrigatur ac im-

mutetur: Contractionem autem ipſius cordis, adeòque ſanguinis jam à ſic dictis cordialibus emendati expulſionem in omnes arterias, corporis totius recreatio ſoleat comitari. Quæ quidem ipſa lucem accipere aliquam poſſunt ex refectione virium ſubitanea, (ſi ſumptum fuerit cardiacum,) quam ſperare non æquè liceret, ſi non ſanguinem immediatè, ſed COR demùm afficerent per tot flexuoſa ad id itinera. Quid? ſi in animi deliquio naribus admoveantur laborantium odoratiora cum inſigni quidem levamine; an corpuſculis illis ex medicaminibus exhalantibus odoriferis per tot longos ad COR noſtrum ductus eſt permeandum. Neutiquam: Sed ſanguis ipſe corrigitur, qui correctus & ad COR reverſus, celerrimè motum ejus à defectu ſpirituum vitalium, hoc eſt, partium ſanguinis ſubtilium impeditum inſtaurat. Et verò hæc opinio lucis nonnihil poterit ſibi fœnerari ab Illuſtrium inventis Medicorum. Quorum alii (quos diu exercuit illa de celerrima cordialium operatione difficultas) alias excogitârunt ſive invenerunt vias compendioſas, per quas citiùs CARDIACA poſſent ad COR tranſmigrare, ut non opus eſſet tanto itineris anfractu, quem ſanguinis præ ſe fert circulatio. Hinc alii per rimam laringis aliquid ſe inſinuare liquoris; alii ex gula ad glandulas, inde in ductus aquoſos jugulares, & in jugularem & axillarem venam, inde ad cavam, & tandem ad COR ipſum exiſtimant pervenire. BARTHOLINUS verò Incomparabilis, cujus ſolertiam nihil fugit

unquam,

inquam, quod æterna laudum præconia mere-
ur, quemque totus admiratur orbis, lacteis tho-
acicis à PECQUETO in lucem protractis ra-
num obſervare ſibi viſus eſt, æſophago conter-
ninum, per quem ſpirituoſa, adeòque ipſa cardia-
a ſubitò in venam axillarem ſiniſtram, indeque
um ſanguine in cavam aſcendentem, & ſic ad
COR ipſum poſſent revehi. Stante hoc invento
ongè ingenioſiſſimo, neutiquam obſcura erit ra-
io, quare tàm citò vires reparare ſic dicta cordia-
a poſſint; cùm per ramum modò dictum brevis
etur via ad ſanguinem: Quò correcto pariter ac
efecto, non poteſt non totum refocillari cor-
us, motu ſcilicet cordis, ipſo abalterato, & per
enam cavam ad COR revecto ſanguine, immu-
ato: Præterea id (quòd ſcilicet hîc non COR
rimò, ſed ſanguis afficiatur,) ſtabilire licet, ex ve-
enis, quæ non COR ipſum primò ſolent petere,
ceu multi ſtatuunt recentiorum. Ad eundem
nodum COR primò ac immediatè recreari à
ordialibus, vero videtur minùs ſimile. Neque
on idem elucet ex animi deliquio ejuſque mede-
a: Quippe natum illud haut rarò à ſubitanea ma-
us refrigeratione, ab ejuſdem calefactione con-
eſtim eſſe reſtitutum, Medici obſervârunt peri-
ores: Accedit etiam mirifica ſic dictorum cor-
ialium, quorum claſſem conſtituunt præprimis
romatica, cum ſanguine noſtro optimè conſti-
uto affinitas, ratione cum craſeos, tum effectus.
Quemadmodum enim in ſanguine noſtro par-
es inſunt tenues ac volatiles, quæ ſpiritus no-

mine tàm veteribus veniunt , quàm recentio-rum nonnullis: Quæque ita ſunt à reliquo ſan-guinearum particularum comitatu temperata ut ſua & ad actiones vitales ritè obeundas apt ipſi detur conſiſtentia , (qua ſi deſtituitur ſan-guis, ut fieri ſolet tempore peſtis, à ſale volatil acri ac maligno nimis attenuatus & inepti redditus ad motum, pulſus cernitur debilitas. Ita etiam ſe res habet cum aromaticis. Qu bus & ipſis multæ inſunt partes tenues & vol tiles , quarum indices ſunt ſpiritus inde deſti lati nobiliores: A reliquo tamen partium com tatu ita corriguntur , ut convenientem ſangu ni noſtro malè conſtituto conſiſtentiam queat largiri. Et verò, uti ſanguinis nobiloris put & (ut loqui ita liceat,) ſpirituoſi actiones val dæ ſic ſatis ſunt , ita etiam hoc æmulantur ar matica. Quod diſcere licet in aquis illis ſe ſpiritibus excellentioribus , ut vitæ Matthiol Carbunculi, Anhaltinâ, Cordiali Saxonicâ,& i genus aliis, maximam partem ex aromaticis co flatis, quæ vires corporis noſtri labantes ſic ſat validè ſolent reſtituere. Ex iis, quæ dicta ſu hactenùs , nunc porro datur copia arguend non à poſteriore tantùm, ſed & à priore cogn ſci ſic dicta cordialia poſſe. Sunt enim , q putant , poſſe tantùm à poſteriori eadem i noteſcere , & errori ſuo patrocinium præte dunt loca quædam Galeni , totâ eâdem ſu ſtantiâ agere aſſerentis. At verò ex ſiniſtrè

intellec

itellecta & explicata phraſe illa agere tota ſub-
antiâ , quod aliis eſt occultis agere qualitati-
ıs, aliis verò forma , natus videtur ille error.
ullæ enim hîc adſunt qualitates occultæ , ſed
luce poſitæ ſunt manifeſtiſſima. Agunt enim
tâ temperie , ſi hoc , non aliis quàm primis
ſecundis qualitatibus , ſed aliter tamen at-
ıe aliter in aliis atque aliis ſubjectis. Cogno-
untur autem cum ab odore tum ſapore, utro-
ıe ſuavi ac aromatico. Neque verò hic, ne-
ıe ille ortum ſuum debet occultis qualitati-
ıs, ſed craſi, (ceu ſuprà fuit oſtenſum fuſiùs.)
ec fugere uterque poteſt ; illius quidem ſua-
tas ex ſulphure nata puriore olfacientem ; hu-
s verò cum grata quadam dulcedine acrimo-
a guſtantem. Eſt enim ſapor aromaticus,
eu innui ſuprà,) acris cum grata quadam
ılcedine conjunctus : Uti liquet in cinnamo-
o, Galanga, corticibus citri ac aurantiorum,
acere, caryophillata, chærefolio Hiſpanico, &
genus ſimilibus. Interdum tamen dulcedi-
juxta ac acrimoniæ alii intermixti ſunt ſa-
ores : Uti argumento eſt vel unica illa ange-
a , in qua ſe manifeſtè prodit ſub lingua
ıſtantis triplex ſapor, acris, dulcis, ac ama-
s. Ex quo quidem ipſo (ſapore nimirum
iplici) quid in angelica ſit tota agere ſive
mperie , ſive ſubſtantia innoteſcere quo-
ımmodò poteſt : Hoc eſt, vis, quæ huic in-
t radici , & cordialis ſic dicta , & alexi-

I 2 phar-

pharmaca ex modò recenſito ſapore triplici
commodè ac facili negotio poteſt explicari. A
gelica enim, quà acris, craſſum ſanguinem att
nuat, incidit, eumque reddit nobiliorem, viq
adeò diaphoreticâ ad ambitum corporis prolic
quicquid datur in ſanguine ſive vitioſi, ſive ma
gni: Suppetias tamen ferunt, eandemque acti
nem inſigniter nobilitant, quæ huic itidem inſu
amarities pariter ac dulcedo, hæc quidem ac
moniam temperando, & convenientem ſang
ni conſiſtentiam, ſi deeſt, largiendo; illa verò cu
partibus ſuis tenuibus tum terreſtribus virtut
diaphoreticam juvando ac διάῤῥοιαν movendo;
quidem adſtringendo, adeòque partes ad exp
lendum ſive per ſudorem, ſive per urinam ir
tando: Illis verò craſſum humorem incidendo
ad excernendum aptiorem reddendo. Hoc
quod GALENUS appellat agere totâ ſubſta
tiâ: Non aliis enim agit angelica qualitatibus,
tenuitate ſubſtantiæ: Sed eadem, quò actio e
dat nobilior, à dulcedine perficitur ac amari
Hinc antè dictum eſt à nobis, non aliis quid
agere qualitatibus cardiaca, niſi primis & ſec
dis, ſed aliter atque aliter pro diverſitate ſub
ctorum. Huc ſpectant, quorum par ratio
quæque cephalica ſolent cenſeri, roſmarin
iris florentina, cardamomum, moſchus, amb
&c. quæ cardiaca quidem ſunt, cùm ſint aro
tica; ſed cùm in ſingulis diverſa detur craſis,
odor teſtis eſt ac ſapor, diverſimodè & ipſa h

pediunt actionem. Ad aromatica etiam illa
oce latiùs ſumpta,) referimus quævis ſuaveo-
ntia, cardiacorum albo inſerenda, de quibus
m actum uberiùs ſit in doctrina de odoribus,
iterare eadem ſupervacaneum duco. His per-
nſis, una item atque altera inſtitui quæſtio
teſt. Primò quidem, quomodo hæc diffe-
nt à reliquis medicamentis, cùm vel quævis
nguinem afficiant medicamina: Reſpondeo;
ia quidem afficere, quatenùs vel calefaciunt,
l refrigerant, vel alio modo alterant; ſed
n æquè omnia ſpiritus reficiunt, ſeu totâ
bſtantiâ ſanguinem corrigunt. Deinde quæ-
tur, quomodo ſic dicta cardiaca proximè ad
nguinis naturam accedant, cùm calido inna-
inſignia medicamenta, quà medicamenta,
mper vim faciant. Vix reperiri aſſerit Cla-
ſſimus HOFMANNUS remedium, quod ci-
a noxam quandam μεγάλως ſeu magnificè pro-
, ac generoſa efficacia adverſetur morbi vio-
ntiæ: Sed nec hîc longè petenda eſt, cùm
aprico ſit, reſponſio. Medicamentum dici
oſſe naturæ noſtræ ſimile ac diſſimile diverſo re-
ectu. Illud quidem, cùm aliud alio majorem
um natura noſtra habeat convenientiam: Sic
najorem gerunt affinitatem cum natura huma-
a, quæ depromuntur ex vegetabilibus, quam
uæ ex mineralibus ac metallis: Hoc verò,
ùm medicamenti qua talis indoles in eo vi-
leatur verſari, ut ex ſtatu præternaturali ad

 ſtatum

ſtatum naturalem reducat corpus noſtrum quocircà corporis intuitu ægri omninò datu[r] in medicamentis etiam quibuſvis diſparitas. Quibus poſitis, non poſſumus diffiteri, ipſi[s] etiam ſic dictis cardiacis, quamvis convenientiam gerant inſignem cum ſanguine noſtr[o] optimè conſtituto; diſſimilitudinem tamen intercedere majorem vel minorem, prout major eſt vel minor à ſtatu naturali deflexus. Quòd autem generoſa medicamina vix citr[a] noxam quandam ſuos exercere dicuntur effectus; de ſudoriferis, emeticis, purgantibus & id genus aliis venit intelligendum, non d[e] cardiacis propriè dictis. Hæc etenim tantùm abeſt, ut imminuant vires, ut augeant potiùs ac corroborent magis magiſque, ut ala[-] crior queat ipſa natura adverſus hoſtem ſuum inſurgere. Illa verò (ſudorifera nimirum, emetica, & alia id genus) pro accuratiore me[-] dentis judicio in corpore languido, aut morbi violentia pænè attrito adhibenda interdum ſunt aut parcè, aut non niſi poſt intervalla ne multitudine medicamentorum prorſus ob[-] ruatur natura, à qua in actum deducendum eſt medicamentum. Si hæc igitur jam uſqu[e] adeò fuerit debilitata, ut ſuum hîc adjicer[e] ſymbolum neſciat, ſummam jam tum noxam ægro adfert multitudo medicamentorum. Unde optima interdum medicina eſt, non u[ti] medicina. Quæri etiam porrò hîc poteſt, a[n]

oreum, dictamnus, carlina, & id genus graveolentia ad cenſum pertineant cardiaum. Reſpondeo: Neutiquam. Quamvis m & ipſa partibus prædita ſint volatilibus, one tamen ſulphuris ſui ſive craſſioris, ſiimpuri, cui ex mente Chymicorum, or- debetur graveolentiæ, ſpiritibus noſtris ilibus, mirum quantum eſt, adverſantur. quamvis etiam ſuaveolentia hunc vel illum ſanguinis conſtitutionem ſingularem, uti tum jam antè eſt, lædant; non æquè tan frequens, quâm graveolentium eſt illa o; nec pari fit modo: Graveolentia enim aitu ſulphuris ſui impuri, quâ talia, moiam creant ſpiritibus vitalibus. Nec ob-, quòd in multis affectibus inſigniter pro- graveolentia, (quæ in uſum quidem Meum hactenus ſunt tracta,) inque iis vis po- ſit alexipharmaca; qua ipſi etiam cordi, m halitus malignos ab internis partibus exteriorem corporis ambitum deducunt, lentur ſubvenire. Diſcernenda tamen il- ſunt à propriè dictis, de quibus nunc mo nobis inſtituitur, cardiacis. Quom cenſu etiam prætereà ſunt excludendi ides pretioſi, ut ſmaragdus, ſaphyrus, hyathus, & reliqui; corallia item tàm alba, àm rubra, bezoar, & id genus alia, æ, quamvis inſignem polliceantur in

morbis malignis fructum, humorum fermentationem ſopientes, ac fibras partium corroborantes. Nullum tamen idcircò in cardiacis propriè dictis, tuentur locum, cùm nullo modo per ſe ſpiritus reficere vitales queant. Inſignis igitur error patratur ab illis, qui in quovis animi deliquio aut imbecillitate, in pulveribus ex enumeratis jam antè lapidibus concinnatis omne quærunt perfugium. Sed numeranda in propriè dictis ſunt, quæ vel odore a ſapore utroque ſuavi ac aromatico ſe commendant. Quamvis negari non poſſit, aliud hi aliud illis cum ægri intuitu corporis, tum ipſiu temperiei convenientius eſſe cardiacum. Quo etiam ex odoris diverſitate ac ſaporis, nemini no in propatulo eſt dignoſcere. Sic cinnamomum ac meliſſa, quamvis aromatica ſint utraque diverſitatem tamen cum odoris tum ſaporis ne mo non videt. Sed quærat hîc tyro, ſi aromatica tantùm primis & ſecundis agant qualitatibus, æquè etiam alia non aromatica prim & ſecundis qualitatibus prædicta idem præſtarent. Sed reſpondeo, agere quidem prim & ſecundis qualitatibus, ſed actionem tame pro varietate miſtionis, aliam aliâ eſſe conve nientiorem ac nobiliorem, unde etiam to naſcuntur dotes à tenuitate ſubſtantiæ, pr varietate ſubjectorum, & modo mixtion variæ. In aliis quidem vis diuretica; in ali ſudorifera, in aliis utraque, in aliis ali

Rege

Regerere jam tum tyro poteſt. Nos affirmaſſe, à priore etiam innoteſcere ſic dicta Cardialia poſſe. Jam vero cum tot ſint modi miſtionis, quorum explicatio non cadit in capacitatem humanam: Non patet cognitio à priore, ſed tantum à poſteriore. Reſpondeo, quamvis ſenſus in nobis ſint debiliores, ut varii mixtionum modi nos fugiant, attamen, quid aromaticum in genere ſit, omnino licet oſtendere, & cum natura eorundem generalior ſit depicta, omnino illarum, quas exſerunt, actionum, (quatenus ſunt aromatica) reddi ratio poteſt manifeſtiſſima. Et quamvis ſi de peculiari ſingulorum mixtione ſit ſermo, meta ibi fixa videatur ingeniis humanis, placet tamen in gratiam tyronum quoſdam hic modos effingere, unde & mens noſtra pateſcat plenius, & ipſi etiam tyrones, quid tota agere ſubſtantia ſit, planius intelligant. Exempli loco ſit tale: Acre dulce amarum (quæ reperiri jam antè diximus in angelica) Ex his quinque conſtitui poſſunt genera aromaticorum. In primo acre excellat, dulci tamen ac amaro manifeſtiſſimis, ad quod quidem genus ſæpius laudatam angelicam licet referre. In altero præpolleat dulce, acri tamen ac amaro manifeſtiſſimis in tertio dulce præpolleat, acri tantum præſente. In quarto acre ſit inſtar baſeos, præſentibus quidem dulci ac amaro, ſed minore, quam in pri-

 mo,

mo, quantitate. In quinto dulce præpolleat, præſentibus quidem amaro ac acri ſed ita obtuſis, ut diſcerni ſingula haut queant, unde dulcedo oritur grata ac aromatica. Ex miſtionis hujus varietate in hunc modum variant virtutes in iiſdem aromaticis. In primo igitur aromaticorum modo à nobis effictо, cum acre præcellat, vis quidem ineſt attenuandi, ſed cum ſuum addant ſymbolum, & dulcedo & amarities, hæc quidem ſua (ut ita loquar barbarè) ſtipticitate, & partium tenuitate & διούρησιν καὶ ἱδρῶσιν movendo, illa vero acrimoniam mitigando, oriuntur inde, hinc quidem vis expectorandi, illinc vero diuretica pariter ac diaphoretica. Quod affirmari alias non æquè licet de quibusvis vi attenuandi præditis. Ad alterum modum quæ ſpectant, cum dulce ibi præpolleat, temperata ſunt: Adeoque exceſſum caloris æquè ac frigoris refrænant: differunt ab aliis dulcibus, quod hæc quidem ſanguinem temperent, ſed in illis tamen actio longè nobilior ſit amarore juxta ac acrimonia operas ſuas dulcedini conferente, hac quidem leniter attenuante, illo vero parum & attenuante & adſtringente, unde & eadem actio non ſimpliciter dicenda eſt temperata, ſed aromatica, hoc eſt ſanguinem noſtrum ſingulari quadam ratione corrigens. In tertio cum dulce prævaleat, acri tamen manifeſtiſſimo, vis inde oritur attenuandi, aſt cum dulce acri ac acre dulci corrigatur, præter alias dotes vis

inde

inde naſcitur expectorandi. Quartus & quintus modus cum tantum à recenſitis differant minoris ac majoris gradu, dotes quoque ex eo Medicæ haut difficiles ſunt collectu: Pleræque quidem virtutes quas memoravimus, ſunt aromaticis communes, (uti fuſius expoſuimus ſection. 4. de ſaporibus) pro vario tamen mixtionis modo aliæ ſunt aliis hic præſtantiores. Ex his vel levi brachio propoſitis nemini erit judicatu obſcurum, quid ſit totâ agere ſubſtantia. Doctioribus calcar addimus, ut plus pollentes ingenii ac judicii viribus hunc nobis cœptum laborem eruditius ac plenius pertexant, nec ſuas in hanc rem meditationes amplius invideant orbi literato. Sed figenda hic anchora, ac Cardiacis ſic dictis imponendus eſt finis.

ARTICULUS III.

SECTIONIS VII.

Agit de alexipharmacis, & unde cognoſcantur.

ALexipharmacorum indolem ac unde cognoſcantur, expoſituri, oportet in certas claſſes ea dividamus: Sunt autem duæ præprimis in genere (quod facilè patet ad venenorum, quæ vel ſale volatili acri aut ſulphure narcotico lædunt,

lædunt, genium advertenti) Alia enim vapores à corde malignos ad ambitum corporis expellunt: Alia vero vim ſanguinis nimis ebullientem placidè figunt ac conſopiunt. Sed Agunt non uno modo omnia quæ primi cenſus ſint, non enim vapores tantum à corde ad exteriora expellunt ſed ſanguinem etiam nonnulla peculiari ſua temperie corrigunt. Aſt planius patebit ac plenius horum natura alexipharmacorum, ſi unde cognoſcantur, attexerimus. Cognoſcuntur autem cum ex odore ſuavi ac aromatico, tum gravi: Ex illo quidem, quod utroque modo, proſint, angelica, Valeriana, caryophillata, Chærefolium tam noſtras quam Hiſpanicum, cortices citri, Meliſſa & id genus alia; cum ſanguinem ipſum & ſpiritus adeo vitales mirum in modum ſua temperie juvando, tum partium vi volatilium ac tenuium malignos à corde halitus avocando: Ex hoc vero, quod graveolentibus (ceu ſupra fuit dictum ſect. 3. Artic. 3.) ſulphur inſit proprium, quo feliciter vapores & quicquid datur materiæ fermentationis diſcutere adeoque fermentationem ſopire ipſa poſſint: Unde ſuum promittunt fructum graveolentia in omnibus affectibus, in quibus negotium faceſſit fermentatio: Hæc eſt ipſa ratio, quare multa Medicis dicta uterina magni uſus ſint & commendationis in peſte, & verſa vice multa in peſte proficua inſignem merebantur laudem in affectibus uterinis. De ſulphure autem quo proſint graveolentia, cum dictum uberius ſit ſect. 3. Artic. 3. Eo remittimus lectorem

ejus

ejus rei avidum. Ex dictis tamen fugere neutiquam poteſt, cur in excrementis animalium fætidis vis inſit alexipharmaca. In urina noſtra vim latitare antipeſtilentialem, etiam vulgo eſt perſuaſum. Præter enim ſulphur, cujus præſentiam arguit fætor, mirificè prodeſt ſale ſuo volatili, adeoque virtute diuretica pariter ac ſudorifera, quæ utraque oppido eſt in peſte proficua. In ipſis animalium ſtercoribus vim ineſſe alexiteriam, apparere ex prioribus abundè poteſt. Quibus nunc de graveolentia expenſis, in aprico eſt, quare dictamnus carlina, ruta, ſpiritus Cornu cervi, caſtoreum ſcordium, Tanacetum, allium, opium &c. tantæ ſint in peſte commendationis. Deinde innoteſcere alexipharmaca poſſunt ex ſapore aromatico ſalſo, amaro, ſalſo-acri, ac acido-acri, nec non ex ipſa ſubſtantia terreſtri. Aromatica quæ ſint, & unde virtus ſit eorundem alexipharmaca petenda ex modo dictis poteſt conſtare: Quare autẽ ſalſus ſapor tantarum index ſit dotium, ſalia plantarum pleraque, quibus vis ineſt alexipharmaca (rectè advertente p.m. MÆBIO in Inclyta Salana Profeſſore quondam Celeberrimo ac Præceptore noſtro Deſideratiſſimo) argumento ſunt. Neque obſcura eſt ejus rei ratio, quod & vi attenuandi & inde nata ſudorifera & ex partibus nata terreſtribus vi fermentationem in malignis maximè vigentem ſopiendi ſe Commendent ſalia: Non fixa tantum illa, ſed & volatilia. Unde ipſa etiam, quæ nomine alias veniunt antiſcorbuticorum, qualia fumaria, Cochlearia Naſturtium Indicum

jure

jure locum merentur in antidotis, quòd vi ſalis, quo abundant, volatilis malignos à corde halitus averruncando, maximo ſint commodo peſte laborantibus. Neque verò id mirum eſt, cùm morbis malignis quædam intercedat affinitas cum ſcorbuto, cui & ſua ineſt malignitas; unde jam tum cordis ingens anxietas, & virium debilitas ſolet ſuboriri. Probè idem animadvertit TIMÆUS von Gůldenklee / qui uſum ſuadet cordialium ac bezoarticorum in ſcorbuticis, ut ſic halitus illi ſcorbutici ab internis avertantur: Nec minùs obſcurum eſt, quare tantopere in peſte proſint amara. Suo enim & ipſa abundant ſale, alia fixo, alia volatili, alia utroque; unde facilè diſcimus ex prioribus, cur tot ſe in venenis dotibus, tot viribus commendent in peſte & morbis malignis. Abſinthium, ex quo vel eſſentia cum ſpiritu vini, vel ſal ad leges Chymicas ſolet concinnari, aut vino infundi, peſti, aliiſque morbis malignis conferre, tàm notum eſt, ut ipſa ruſticorum theriaca, (quod dici aliàs de ruta conſuevit,) queat cenſeri. Uſus igitur ejus ut tempore peſtis maximè proficuus ad aëris aut atomorum potiùs in aëre hærentium malignitatem averruncandam; ſic frequens eſt oppidò. Sed præſtat hîc vulgare (utut aliàs, ſi vi opus ſit majore aperiendi, primas ſibi vendicet Romanum) ſuâ enim ſtipticitate (ut ita barbarè loquar) laxatas partium fibras contrahit, ut ſic irritentur ad expellendum quicquid datur peſtiferi.

Tenui-

Tenuitate autem ſua poros cutis rareſaciendo ac incidendo pituitam ſuum ad ſudores eliciendos conferunt ſymbolum. Par quoque ratio eſt centaurii minoris. Aloen & myrrham alexipharmacorum nomine digna eſſe, pilulæ inde paratæ Rufi antipeſtilentiales κατ' ἐξοχὴν dictæ, imo elixir proprietatis PARACELSI in peſte tantopere ab Unzero, Plempio, Franciſco de le boe Sylvio & aliis celebratum, argumento ſunt. Pari ratione in peſte aliisque morbis venenatis inſigne mereri præconium ſemen citri, radicem gentianam, ariſtolochiam, carduum benedictum, &c. tam nota res eſt, ut nulla egeat luce probationis. Neque vero hic prætereundum eſt opium, quod & ipſum amarum eſt, nec immerito in alexipharmacis reponendum. Cum præter vim ſiſtendi illam à ſulphure narcotico ortam, vim quoque obtineat ſudoriferam ob ſalis præſentiam. Aſt vero quamvis vires reparare cordis videatur ſomnum afferendo, in Cardiacis propriè dictis, ut nonnulli quidem ſentiunt, planè non meretur numerari. Utut autem manus inſtar divinæ ſit opium, magna tamen in uſu ejus opus eſt cautione, cum ratione præparationis, tum ratione doſeos, nec non morbi etiam ejusque ſymptomatũ ritè expenſorum. Cum enim ſulpuhr narcotitum opio inſit, ſua indiget correctione. (Quamvis enim multa ſulphur ſuo ſive narcotico ſive proprio proſint, ingens tamen datur ſulphuris narcotici cum ratione ſui exceſſus, tum concurſus reli-

reliquarum partium diverſitas,&idcirco graveolentia tantum illa, quæ uſus approbavit Medicus, ut ſic ſemper cum ratione conjungamus experientiam, commendantur.) Sed ad rem. Cum nocere igitur mirum in modum ſulphure ſuo narcotico queat opium, jure merito corrigitur non addito ſemine hyoſcyami, ceu malè fit à THEOPHRASTO PARACELSO, qui multorum cenſuram hanc ob rem incurrit: Sed corrigendum idem eſt ad modum ANGELI SALÆ, ROLFINCII & aliorum: Ad quorum methodum correctum audire Medicis ſolet laudanum opiatum, cujus uſus ut oppido eſt ſalutaris, ita parca admodum eſt ejus doſis, ut vix quatuor aut quinque grana ſuperet doſis ejuſdem ſumma, ſic ſatis & paſſim nota. At ritè ac in tempore adhibere opium, non cujuſvis Medici eſt, ſed tantum prudentioris. Quod probè obſervat GEISLERUS CL. in obſervat. 36. de peſte Brunſvicenſi, cujus verba cum dictis noſtris fœnerentur lucem, digna ſunt, quæ adſcribantur: *Medicamenta* (inquit) *ſomnum conciliantia ſiſtere vel figere ſpiritus & quaſi torpidos reddere, ſtuporemque inducere in confeſſo eſt, ideoque iis abſtinere debet Medicus, ubi expellere animus eſt: Cum vero ſudorem interdum ſoleant movere, præſertim opium, quod* ἱδρωτικὸν *eſt, cujus ratione potius fieri, ſi quid ſingulariter præſtet in peſte theriaca, exiſtimat Zuelfer. in animadverſ. quam inſignis virtutis alexipharm acæ, etiam initio turgente materia quandoque cum fructu adminiſtrantur, tunc ſcilicet, ubi recta medendi methodo* progre-

progredi non licet, ut in deliriis & vigiliis efferis, verum pauca quantitate, & admixtis alexipharmacis, uti ego non ſemel in peſte hat ſum expertus. Hæc ille. Et vero ut de legitimo opii uſu in morbis malignis quodammodo conſtet noſtris tyronibus (ad certam enim methodum, quam ipſa olim experientia confirmat rectius, dirigenda ſunt, ſi rectà velis progredi in arte Medica addiſcenda, tyrocinia) lubet vel pauciſſimis unam item & alteram ſuppeditare cautelam.

1. Opiatum illud non temere in corpore cacochymico aut aſthmatico eſt adhibendum.

Nec 2. viribus ferme collabaſcentibus, pulſu admodum debili exiſtente, niſi ſingulares circumſtantiæ uſum ejus ſuaſerint.

Nec 3. Doſis magna ſit, ſed admodum exigua; ita ut tria aut 4. grana, uti paulo antè innui, vix ſuperet.

Uſus (4) & ipſe rarior ſit, aut ſi frequentior (nonnullis enim inſtar polychreſti eſt laudanum opiatum, uti id frequenti in uſu fuiſſe Magno Sylvio adhuc memini) tam parva reliquis medicamentis admiſcendum eſt quantitate, ut ſingulis doſibus vix dimidium granum reſpondeat.

Nec 5. uſus veniat laudani opiati niſi præmiſſis præmittendis, vel venæſectione, ſi morbi genius eam admittat, aut pharmaco evacuante.

6. Denique adhibendum eſt, ſi talis contingat caſus, qui methodi limites jubeat tranſilire.

Talis eſt caſus, quem RIVERIUS commemo-

rat cent 3. Obſervat. 85. juvenis cujusdam bilioſi, qui media æſtate incidit in febrem tertianam malignam, quæ quidem in 2. primis acceſſionibus ſatis mitis apparuit, ſed in tertiâ acceſſione tanta fuit humoris bilioſi malignitas ac ferocia, ut concitato vomitu atque alvi fluxu frequenti cum maxima virium jactura ſummum ægro periculum impenderet. In tali caſu cum fructu propinavit RIVERIUS quatuor grana laudani opiati. Et rectè quidem, cum hujuſmodi morbi ſint oppido acuti, & in 2. vel 3. acceſſione interimant. Si methodum igitur in talibus velles accuratè obſervare, certè ſecundum methodum, ut ille ait, æger interiret. Memini antè triennium Jenæ me cum fructu id adhibuiſſe in ſtudioſo quodam Oldenburgenſi. Hic febre correptus erat maligna, & quamvis vena huic incideretur, enemata etiam ſemel atque iterum traherentur in uſum, nec non ad malignitatem oppugnandam alexipharmaca: Tanta tamen ſupererat materiæ ferocientis malignitas, ut expers vigiliarum, ſummè delirans, & ferme nudus ſe contuliſſet in publicum, niſi induſtria cautum eſſet cuſtodientium. Ipſe cum ferocientem ac maximè turgentem materiam obſervarem, duo ipſi grana laudani opiat. propinavi cum fructu quidem tanto, ut & ſomnum capeſſeret ſat longum, & viribus recollectis brevi ſibi redderetur ipſi. Narravit mih jam tum Ampliſſimus vir Dnus CASPARUS POSNERUS Phyſices Profeſſor Celeberrimus

cuju

:ujus ædibus utebatur æger, idem contigiſſe in
ectiſſima ſua uxore. Quæ & ipſa febre corre-
ɔta maligna cum olim eſſet, Magnus ROLFIN-
CIUS, cum ſymptomatum vehementiam & mor-
ɔi, citiſſimè ad vigorem properantis obſervaſſet,
ıon cunctandum ratus, ſed in ipſo jam tum tem-
ɔoris articulo pilulas ex laudano opiato confectas
anto propinavit cum fructu, ut brevi fuerit
Dei gratia reſtituta, in hunc uſque diem ſuper-
ſtes. Sed nolo in hiſtoria opii, quam interte-
cere tantum placuit, eſſe longior: Porro vis pa-
:et alexipharmaca & cognoſcitur ex ſapore ſal-
o-acri, qualis in nitro eſt. Jam vero cum in
ſalibus vis hæreat diuretica juxta ac diapho-
:etica, adeoque alexipharmaca: Salſa autem
acria, quale nitrum eſt, ad ſpecies ſalium re-
ferantur, nec horum latere vis poterit alexite-
ria. Par ratio eſt acido-acrium, quale acetum,
cum enim partes acres obtineant ac ſalinas & ex
conſequenti vim ſudoriferam, nemini non poſita
in aprico eſt vis eorundem alexipharmaca. Deni-
que ipſa ſubſtantia rerum terreſtris, qualis in ter-
ra ſigillata, oculis cancrorum, bolo armena, lapi-
de Bezoar, & reliquis illis lapidibus pretioſis
reperitur, vim arguit eorundem alexipharma-
cam: Quippe cum ob terreſtrem ſubſtantiam vis
horum præcipitandi, ſeu fermentationem, quæ
multum dat in malignis negotii, figendi ſit planiſ-
ſima. Pro vi lapidis Bezoar diaphoretica multi
ſunt qui acriter pugnant. Sed præter experien-
tiam fallacem potius quam veram fundamenta

video nulla. Vis enim diaphoretica aut ſubſtantiæ debetur tenuitati, aut ſali tam fixo quam volatili: Neutrum dici poteſt de lapide Bezoar. Cum hujus neque fixi neque volatilis ulla in eo dentur veſtigia. Nec illius etiam, cum odore pariter ac ſapore, tam acri quam amaro, qui ſubſtantiæ tenuis teſtes ſunt, deſtituatur. Par ratio eſt lapidum pretioſorum reliquorum: In quibus, quamvis nonnulli ſalis aliquod ſtatuant ſubtilius, unde vim putant diaphoreticam arceſſendam: Conſtat tamen nulla artificum opera ſal inde aliquod formatum eſſe. Fac præterea ſal continere hujuſmodi lapides aliquod ſubtilius, & inde natam virtutem diaphoreticam. Experientia tamen à tot uſque temporibus docuit & docet, vim horum lapidum præcipuam in virtute figendi poſitam: Diaphoreticam autem non re ipſa, ſed conjectura potius poſſe colligi. Et tantum de alexipharmacis.

ARTICULUS IV.

SECTIONIS VII.

De purgantibus, & unde cognoſcantur.

PUrgantis vox ſumitur variè. Modo enim ejuſdem complexu continentur, quæ vel quovis modo alvum emolliunt: Modo quæ primas tantum vias ab humorum colluvie liberant, quæ laxantia Medicis conſueverunt dici: Tandem quæ

ex toto corpore quicquid vitioſi reperitur ac peccantis humoris, educunt, κατ' ἐξοχὴν ac ſtrictiore ſignificatu ſunt & dici merentur purgantia. Ut autem acceptio alia laxior alia ſtrictior eſt, ita etiam diverſimodè agunt, aliter quidem laxantia, aliter purgantia ſtrictè dicta. Illa quidem vel alvum lubricam reddendo, qualia ſunt humidiora, vel tenuitate partium pituitam incidendo, adeoque alvum ipſam laxando. Hinc HOFMANNUS CL. in hiſtoria allii de vi ejuſdem purgatrice inquirens, concludit tandem, non aliter purgare (voce illa laxius ſumpta) quam quatenus pituitam incidit, eamque reddit fluxilem, & fieri non raro poteſt, ut illa vel emollientia vel attenuantia plus præſtent non raro (in hypochondriacis præprimis) in humorum viſciditate ſubigenda, quam purgantia fortiora: Hæc vero (purgantia propriè dicta) quæ propriè hujus ſunt loci, non ſympathia quidem aut virtute magnetica, ſed tota temperie vel citius vel tardius pro humoris aut ægrorum conſtitutione vitioſos è corpore noſtro humores ad modum fermentationis per alvum expellunt. Horum ut indoles purgantium plenius pateſcat, oportet huic negotio aliquanto diutius immoremur, contemplaturi primo omnium purgantium temperiem. Sunt igitur omnia purgantia qua talia calida, cum ſegregatio heterogeneorum ab homogeneis caloris videatur negotium: Deinde etiam fermentatio, quæ in purgatione cernitur,

ſuum calori ortum refert acceptum. Nec eſt quod nonnulli regerant, ſerum lactis uti & tamarindos frigida, & vi tamen ſive laxandi ſive purgandi eſſe prædita. Sed ſolutu hæc ſunt facilia reputanti, non ſimpliciter hæc eſſe frigida, ſed partes obtinere heterogeneas. Tamarindi enim acido dulces ſunt, & ſic partibus cum frigidis tum calidis inſtructæ. Quod dici etiam meretur de ſero lactis, quod ſalſedinis intuitu partes omnino calidas videtur continere: Quocirca planum eſt frigida in quantum frigida ſunt nullo unquam pacto purgare: Niſi fortean ex accidente, uti ex frigore boreali diarrhæam poſſe in ſcorbuticis excitari, aut ſi quis nudis ſolum attigerit pedibus, alvum ſolvi in nonnullis, uſus addocet quotidianus. Nec fugit ratio hæc altius paulo examinantem, quod poris à frigore occluſis, & intus ſubito cumulatis ac retentis, qui in hujusmodi corporibus reperiuntur, humoribus vitioſis: Agitatio fiat humorum & ſic irritatio alvi: Neque ſanè hujuſmodi humorum ſive agitatio ſive fermentatio, & ex conſequenti irritatio alvi à frigore tantum boreali, ſed etiam ab animi motibus vehementioribus, ſive ira ſive metu poteſt oriri juxta illud Poëtæ:

———Trepidum ſolvunt tibi cornua ventrem.

Expenſa nunc temperie purgantium, ſub incudem vocanda eſt virtus, qua agant propriè dicta purgantia. Occultarum Patroni qualitatum, quos multi ſequuntur recentiorum, ad ſympathiam, vim item magneticam, qua unumquodque purgans

gans humorem ſibi familiarem ac proprium creditur expurgare, confugiunt: At falſa ac maximè erronea eſt illorum opinio, cujus vanitas oſtendetur infra. Vero videtur ſimilior, quam nonnulli fovent recentiorum, vim purgatricem illam à tota medicaminis temperie vel citius vel tardius cum ſuæ intuitu craſeos, tum humoris ipſius educendi, vel tenuioris vel viſcidioris variè citra ullam ſive antipathiam ſive ſympathiam agentis, ſat commodè deducendam. Craſis autem illa & cognitu & explicatu eſt difficilior, hinc quæri non injuria ſolet & poteſt, in quo ceu proximo reſideat vis purgandi. Nobis quidem rem illam ultro citroque penſitantibus, ſi in re difficili aliquid eſt dicendum, à ſale ſui generis crudiore ac acri aut particulis etiam ſalis hujuſmodi naturam redolentibus videtur derivanda. Quod quidem ipſum non difficile eſt demonſtratu: Cum, (ipſis ſic cenſentibus Chymicis) ſalibus inſit vis ſive laxandi ſive purgandi, præprimis volatilibus. Quod probè obſervatum eſt Poterio in pharmac. Spagiric. c. 4. cujus verba cum dictis noſtris & poſt dicendis nonnihil addere lucis videantur, hic attexam. *In ſale* (inquit) *vis laxativa potiſſimum reſidet, & maximè in volatili. Vis etiam aperitiva, attenuans & incidens: Vis quoque diaphoretica: Ea de cauſa, ubi purgatione opus eſt, nulla commodior fit, quam per ſalem cum ſua tinctura ſic extractum, qui quoquomodo ſalis ſpecies ſunt, commodiſſime purgant, ſi cum ſuo ſale exhibeantur.* Hactenus Poterius

Neque authoritas tantùm Chymicorum Inſignium hanc confirmat ſententiam, ſed & rerum magiſtra experientia; uti in thermis non tantùm Carolinis ac Tetucianis vi purgandi inſtructis ob ſalis præſentiam; ſed & medicamentis patet antiſcorbuticis ſale volatili abundantibus & blandè idcircò purgantibus. Quæ autem ſpecifica ſit hujus ſalis natura, id magnæ res molis eſt, & in meam non cadit tenuitatem determinare, cùm ἰδιοσυγκρασία hîc ſacræ inſtar ſit anchoræ. Generaliora quædam licebit fortean. Nimirum, quòd hoc ſal volatile ſit veluti medium inter illud volatile acre, in quo peſtis aliorumque venenorum indolem recentiores, & volatile illud benignum ac ſalutare, in quo potiores rerum virtutes cenſent locandas. Hinc ſal illud non injuriâ videtur crudius poſſe appellari: Nec ſic diſſidebimus à Martino Scoockio naturæ Conſultiſſimo, qui in libro ſuo de fermentatione, crudo ſpiritui fermentativo putat hanc actionem adſcribendam (qua de re prolixiùs infrà) crudus ille ſpiritus fermentativus quid aliud eſt, quàm particulæ crudiores ſalis naturam volatilis referentes? Videmus etiam purgantibus præſtantioribus, ut coloquintidi (quæ non niſi correcta veniat in uſum, unde trochiſci alhandal) aloe, ac rhabarbaro, & aliis id genus amarorem ineſſe, ſalis abundantis indicem aut acrimoniam, ſalis itidem acrioris teſtem: Nec eſt, quòd dentur amara, quæ non purgent, cùm in temperie totius partes illæ ſa-

lina

linæ â concurſu reliquarum poſſint infringi: Uti patet in opio, quod amarum quidem inſigniter eſt, ſed tantum abeſt, ut vi valeat purgandi, ut ipſam potiùs actionem ſiſtat: Sed reſponſio hîc & plana & in aprico eſt, quòd ſulphur illud narcoticum, quod opio ineſt, cujus teſtis eſt odor admodum viroſus, obſtet, quò minùs vim ſuam exſerant partes ſalinæ. His nunc veluti ſcopulis remotis, propiùs accedimus ad quæſtionem illam, an dentur electivè purgantia, hoc eſt, hunc vel illum humorem ſibi proprium ac familiarem peculiari quadam ſubſtantiæ proprietate ac virtute magnetica attrahentia. Plerique veterum, & recentiorum permulti pugnant pro hac ſententia, tanquam pro aris & focis, rati, bilem rhabarbarum, agaricum pituitam, gialapium ſerum, melancholiam ſennam expurgare. Neque verò prima fronte de nihilo videtur illorum opinio tot Illuſtrium experimentis Medicorum ſuffulta. Cùm à tot uſque temporibus experientia docuerit, felicem fuiſſe exitum ſubſecutum, & ſcopo factum medentium ſatis, ſi abundante pituita, agaricum; bile rhabarbarum, ſero gialapium, melancholia, ſennam propinarint: Contrarium verò, ſi egerint contrà. Alii verò ſpretis authoritatibus, ſolis ſe tuentur rationibus, negantes, dari electivè purgantia. Inter rationes, quas adferunt firmiſſimas, potior videtur illa, qua utitur Primeroſius de erroribus vulgi ab ipſo purgantium effectu deprompta. Quòd exigua nimirum doſis purgantis ſimplicioris ele-

ctivè ſic dicti, ſi ſuo excidat fine, exitum ſortiatur feliciorem, ſi purgantis alterius nonnihil ipſi addatur. Exempli gratia, ſi gialapii ſcrupulum alicui propinaveris, nec ipſe robuſtior aliquantò moveatur; finem autem tum demùm obtineas, ſi viij. grana addideris ſcammonei ſulphurati. Neutiquam ſuum ſibi humorem attrahere videntur nec gialapium, nec ſcammoneum ſulphuratum, cùm utriuſque doſis ſeorſim ſumpta, impar ſit robuſtiori expurgando; conjunctorum autem par ſit omninò: Jam verò ſi diverſum attraherent humorem & gialapium & ſcammoneum, alterum alteri ferre ſuppetias, aut mutuas conferre operas neutiquam poſſent. Nec patrocinium aliquis quæſierit huic ſententiæ, ſi dixerit, pluribus hominem abundare humoribus poſſe vitioſis, cùm in eandem incidat charybdin. Idem enim adhuc dubium manet, quare ſcrupulus integer gialapii non ſerum, aut ſcammonei grana octo bilem, ſi ſingula ſumantur, expellant, ſed tum demùm, ſi alterum in alterius ſocietatem fuerit adſcitum. Hoc ipſum jam tum deprehendiſſe videtur Clariſſimus SENNERTUS, qui ſennam affirmavit, non humorem tantùm melancholicum, ſed & pituitoſum evacuare. Nec non ex recentioribus multi gialapium fatentur non ſerum tantùm, ſed & alios vitioſos humores feliciter educere: Unde nonnullis inſtar purgantis catholici cenſetur. Locum etiam baſeos ſuſtinet in pulvere laxativo

laxativo vegetabili Rolfincii , qui tanti æſtimat hanc in humoribus vitioſis tutò & cum εὐφορίᾳ expellendis , ut huic palmam tribuat præ reliquis. Uſum etiam ejuſdem ſe Jenæ primum oſtendiſſe , non ſemel ab eo audivi. In hoc bivio quamvis ſuum propalare judicium non careat difficultate ; media tamen via viſa eſt nobis tutior : Ut neque hic, neque illic cenſores ſimus juſtò rigidiores. Falſiſſima igitur videtur veterum opinio, ſympathiam quandam ſeu vim magneticam inter humorem peccantem & purgans admittentium, quos cum experientia, tum argumenta Primeroſii abundè refutant. Falſa itidem illorum eſt , qui nullum purgantium delectum pro humoris varietate peccantis admittunt, quibus ipſe uſus reclamat, quò argumenta ſpectant partis prioris. Pro re igitur nata lis utriuſque in hunc modum videtur componenda : Dari purgantia , quæ cum craſeos tum humorum intuitu educendorum , hunc faciliùs humorem, illum difficiliùs expellunt. Quocircà, ſi bilis abundat, major quantitas rhabarbari aut alterius cholagogi, ſi pituita, phlegmagogi, ſi melancholia, melanagogi, ſi ſerum, hydragogi , eſt eligenda. Quamvis non eamus inficias, alios ſimul humores expellere unumquodque, rhabarbarum non bilem tantùm, ſed & alios educere humores , majore tamen copia bilem, quod pari etiam ratione dicendum eſt de cæteris. Neque etiam præterea poteſt negari , dari, quæ

catholici inſtar ſunt purgantis, quod antè oſtenſum eſt in gialapio. His nunc libatis, ſi ſit animus philoſophari, dicere omninò licet, dari purgantia electivè, & non dari citra ullam contradictionem; hoc quidem, quatenùs non ſympathia quadam ſuum ſibi unumquodque purgans humorem attrahat, ſed tota temperie hunc faciliùs, illum difficiliùs expellat. Illud verò quatenùs pro varietate humoris peccantis varia eligenda ſint purgantia. Nobiſcum videtur ſentire author diſputationis de purgatione Inauguralis, (cujus nomen non incidit, nec ad manus nunc eſt disputatio) ſub præſidio Magni CONRINGII quondam habitæ, qui dari negat electivè purgantia, idque argumentis evincit ſolidis, in arte tamen facienda ſuadet non temerè à rigore veterũ deflectendũ, ſeu pro diverſitate humoris peccantis diverſa eſſe eligenda purgantia. Huc ſpectant verba Martini Scoockii apprimè mentem noſtram exprimentia, quæ hîc placuit adſcribere: *Non videtur,* inquit, *(tractio) deneganda medicamentis purgantibus, minimè illis, quæ vulgò cenſentur in peculiarem aliquem humorem vim ſuam exerere, ut v. c. rhabarbarum in bilem, folia ſennæ in melancholiam, agaricum in pituitam, &c. quæ tamen non putarim vim ſuam exerere per peculiarem ſympathiam (prout multis placet ad illam ſolam confugere,) ſed hanc diverſam operationem petendam eſſe à diverſa ratione, ſecundùm quam modò dicta ſimiliaque operationes ſuas exerere ſolent: Ratio verò hæc eſt, quòd quædam celeriùs, quædam tardiùs operentur*

ur. Quæ cito operantur, attrahunt duntaxat te-uiores & magis fluidos humores, quæ vero tardiùs rim ſuam exerunt, in humores magis viſcidos ac len-os, eos pariter attenuando ac diducendo. Hactenùs COOCKIUS. Ex quibus ejuſdem de electivè urgantibus ſententia ſatis ſuperque patet. De nodo operandi ipſo variant itidem Scriptores, antaque occurrit difficultas, ut aliquid ſaltem, c non niſi probabilia liceat hanc in rem profer-e. In modo igitur examinando oportet re-etamus ea, quæ dicta ſunt de virtute, quâ gunt purgantia, nempe de parte purgantium rudiore, ſalis naturam volatilis referente: linc, quando particulæ illæ crudiores ſalino-olatiles ad ventriculum pertingunt, pugna boritur primò, nihil non ventriculo ad di-tas modò particulas ſubigendas agente; & ibigit, ſi imbecillior fuerit vis purgantis, ven-iculus autem robuſtior, unde jam tum nullus omitari effectus conſuevit. Si verò ſic ſatis efficax ierit medicamen, ventriculus vincitur à parti-ılis illis ſalinis; hinc vis purgantis mediantibus omis hinc inde diffunditur, hoc eſt, venis ac teriis concipitur; fitque jam tum vitioſi ſegre-atio humoris & propulſio ad ventriculum: Per anc autem tractionem ac agitationem mirum modum agitatur ſanguis: Unde & pulſus ipſe m tum deprehenditur celerior, & particulæ illæ ırgantium ſive ſalinæ, ſive ſalis naturam æmu-ntes non attenuantur ſolùm, ſed & ſaburra hu-orum collecta & ad ventriculum propulſa: Fit-

que

que adeò fermentatio quædam: Ventriculus autem ipſe ad talem moleſtiam averruncandam innatâ facultate vitioſos humores ad inteſtina, quæ per alvum excludunt, propellit: Eſtque illa fermentatio ad modum cereviſiæ à fæcibus ſeparatæ, unde lucem accipiunt, quæ antè diximus, ſalinæ ſcilicet naturæ eſſe, ſeu ſui generis ſale acri abundare purgantia. In actum autem deducitur pùrgans, cum à calore noſtro tum aëris moderato: Hinc ſi modum exceſſerit aeris calor, & corpus ipſum redditur debilius, ipſaque adeò impeditur actio. Hæc ipſa ratio eſt, quare diebus canicularibus purgans vetent propinari Medici cordatiores, quòd plerumque aeris temperies jam tum incidat calidior; quæ potiùs, quàm tempus ipſum, ceu ſcitè monet Primeroſius de erroribus vulgi, attendenda eſt; nimis enim hîc curioſi interdum ſunt, ac juſtò ſubtiliùs philoſophantur nonnulli, dum ſcrupulosè nimis in exhibendis purgantibus ſiderum pariter ac aſpectuum rationes uſque cenſent habendas, ſole & luna excepṭis, quæ hîc inculcant Aſtrologorum filii, negligenda docuit Magnus CONRINGIUS in libro de Hermetic. Medicina. De viis item per quas vitioſi illi humores ad inteſtina propelluntur, variè ſentiunt varii: Alii putant (quæ Martini Scoockii eſt ſententia antè laudata, & noſtra quaſi facta,) primò in ventriculum propelli, & ex ventriculo rectà ad inteſtina. Alii verò per arterias meſaraicas deſcendere ad inteſtina. Quam ſententiam fovebat piæ memo-

riæ MÆBIUS Jenenſium Profeſſor quondam Celeberrimus, ac Præceptor deſideratiſſimus. Sed à magni nominis viris refutatur. Sunt porrò qui exiſtimant, bilem, ſi evacuatur, ex ductu biliario, ſi pancreaticus humor, ex ductu pancreatico eundem in inteſtina propelli. Nobile hanc in rem & multis celebrandum elogiis eſt Ingenioſiſſimi REGNERI de GRAFF experimentum, cujus meminit in tractatu ſuo de ſucco pancreatico, his verbis: *Quorum* (phlegmagogorum) inquit, *beneficio pituitoſi & ſeroſi humores, non item bilioſi expurgantur. Quod nuper vidi in canibus, quibus tàm hydragoga, quàm phlegmagoga purgantia exhibueram, & quidem hac ratione: Exhibito purgante cùm jam alvum egregiè deponerent, viventibus ipſis purgationis tempore abdomen cum inteſtinis aperio, quo facto obſervavi in illis canibus, quibus medicamentum cholagogum v.g. diagrydii drachmam unam exhibueram, bilem longè majore copia effluere è ductu biliario, in alio, cui hydragogum radicis gialappæ* ʒij. *exhibueram, animadverti, ſuccum pancreaticum majore copia effluere è ductu pancreatico, licèt tunc bilis quoque majore copia efflueret, & in alio, cui cholagogum porrexeram, ſuccus pancreaticus majore copia emanavit, colligere tamen potui notabilem diverſitatem, nempe à cholagogis bilem, ab hydragogis ſuccum pancreaticum copioſius expurgari.* Et paulò pòſt idem. *Obſervavi,* inquit, *tempore purgationis ipſo nihil per arterias meſaraicas in cavitatem inteſtinorum deponi, ut multi ſolis ſpeculationibus contenti exiſtimant.* Hæc ille. Quam quidem ſententiam

relinquo

relinquo altiùs adhuc doctioribus conſideran-
dam. Quibus nunc perſpectis,ſupereſt illa diffi-
cultas , quomodo pro ſubjectorum diverſitate
determinanda ac præſcribenda ſit purgantium
quantitas? Scitu hoc fateor difficillimum eſt, &
poſſe videtur non niſi á poſteriore innoteſcere.
Ut tamen tyronibus detur, quo innitantur quo-
dammodò, quodque ſit loco veluti præcepti; lu-
bet attingere id pauciſſimis: Quocirca dicimus
advertendam omninò eſſe , ſi cui purgans præ-
ſcribas, & totius temperiem corporis, & ipſius
præprimis ventriculi; qui ſi oppidò fuerit robu-
ſtior, & vim vicerit purgantis, major requiritur
ejuſdem quantitas: Prætereà etiam obſervandum
eſſe utrùm ad motum proniores ſint humores vi-
tioſi,& an æger his abundet? Horum enim abun-
dantia & ad motum aptitudo ſæpe in cauſa eſt,ut
vel parva purgantium doſi æger queat expurgari
largiſſimè; tum etiam an alvi ſit adſtrictioris æger
nec ne? Nam & alvi adſtrictio obſtare poteſt pur-
gantis operationi. Hinc in more poſitum eſt non
nullis medentium , ut pridie ejus diei, quo pur-
gans eſt ſumendum,digeſtivum,ut vocant,propi-
nent: Nec non adverti porrò merentur,an tena-
cibus ac viſcidis aliquis abundet humoribus;
nam & hi non raró in cauſa ſunt, ut vis eludatur
purgantis etiam fortioris , cujus uſus idcircò
ſuſpectus interdum eſt in talibus ægris,quibus aut
clyſteribus aut leniter laxantibus plus afferet
commodi: Tum ipſa, quam vocant, ἰδιοσυγκρασία
ſeu ſingularis ſanguinis conſtitutio & proportio
ejus

:juſdem ad purgans, quę non niſi à poſteriore
ɔoteſt innoteſcere. Qua de re cùm dictum ſit in
Sect. 6. Artic. 3. de Experient. propr. vel digito
:em illam ſatis eſt attigiſſe. De quantitate pur-
gantium in genere ſeu doſi infima, media, ac
umma pleni ſunt Practicorum libri, nec locus
ıîc dicendi eſt de illa. Hoc tamen ſubnectimus
anquam aliud agentes. Non temerè fidem ha-
ɔendam quibuſvis authoribus doſin ſeu quanti-
atem conſtituentibus; ſed tantùm probatæ fidei,
& in arte facienda per tot annos exercitatis, ut in
ecentioribus DUNCANO, LIDDELIO, SEN-
NERTO, p.m. MÆBIO, ac SIMONI PAULLI,
Profeſſori Haffnienſi Celeberrimo: In his ſi tyro
nfimam, mediam, ac ſummam doſin reperiat,
ıon datur accedere ad ſummam tyronibus teme-
è, ſed vel in infima ac media ſubſiſtat, adeòque
xperientiam ſibi acquirat. Tutiori autem inſiſtet
iæ, ſi cum Practico vivat excellentiori, unde jam
um quæ, quâ doſi, & quibus præſcribat, rectiùs
oterit edoceri. Sin vivis uti non liceat Magiſtris,
d ductum B. Mæbii, aut aliorum, ab infima inci-
iendo ad mediam, aut ſi res exigat, ad ſummam
ɔmninò & tutò poteſt progredi: De formulis au-
em præſcribendis qui libros edidêre, non qui-
ɔuſvis crediderit, multa enim occurrunt in iis,
uæ decipient tyronem, quæ nunc quidem non
lacet ſub incudem vocare: Quòd odor etiam &
apor aliquid conferant ad purgantium digno-
ionem, manifeſtiſſimum eſt, cùm non ea tantùm
bſervanda veniant in purgantibus, quæ totâ

temperie, ſed etiam quæ primis agunt qualitatibus: Contrahenda nunc vela ſunt hujus articuli, & ad venenorum conſiderationem dirigenda.

ARTICULUS V.

SECTIONIS VII.

Agit de venenis, & unde cognoſcantur.

DE venenis acturi, quantum quidem compendii hujus ratio permittit, oportet quæſtionem illam (an dentur venena?) ceu baſin dicendorum præmittamus. Quippe fruſtranea eſt omnis, quæ in definienda determinandaque veneni indole fatigatur, opera, niſi priùs, an detur venenum, conſtet. Præſentiam venenorum arguunt docentque tot caſus tragici illorum, qui ſubitò venenis cum ſymptomatibus gravioribus ac inſolitis perierunt. At verò, utut perſpicua ſit eorundem noxa, aliter tamen, ſi paululùm hîc liceat philoſophari, de iis ſentimus atque veteres, qui agere eadem dixerunt qualitatibus occultis & à craſi prorſus diſtinctis: Malè hîc itidem, qu GALENUS de venenis uſus eſt, phraſe, ager totâ ſubſtantiâ, quâ dici nihil ab eodem ſignificantiùs potuiſſet, intellectâ. Quo quidem ſenſ veterum dari negamus venena: Quod ſtabilir datur cum à diverſa animantium, tum veneno rum temperie ac indole. Utrumque eſt in apr

co

o; hinc venena videas, hujus tantùm ac illius in-
uitu animantis & obeſſe & prodeſſe. Unde dan-
ur , quæ homini exitium adferunt præſentiſſi-
num, brutis autem contrà nonnullis tantum ab-
ſt ut ſint exitio , ut in alimentum potiùs ipſum
ertantur : Et contrà dantur , quæ brutis ſunt
ionnullis peſtifera , hominibus verò egregiam
ıggerunt medelam. Hoc planum eſt in do-
onico , quod canes interficit ſumptum , uti ex
Matthiolo , Jonſtono, & aliis liquet. Homini
erò præſtans creditur & in vertigine præprimis
emedium : De quo tamen ipſo adhuc ſub judi-
e lis eſt,quam nunc non facimus noſtram : Aloe
c ipſa, notum ſatis & tantùm non divinum ho-
ninibus in tot affectibus remedium, vulpes dici-
ur enecare ; homini autem præſentiſſimo eſſe
eneno , quæ brutis vergunt nonnullis in ali-
nentum , & eſu evincitur & authoritate Scri-
torum. Semen hyoſcyami,quod ſuibus come-
itur citra noxam,tàm infenſum tàmque noxium
ſt hominibus,ut de ſtatu mentis dejiciat crebriùs
tentes, uti inter alia obſervare nobis licuit Jenæ
ı pueris , qui ex eſu ejus ſubitò corripiebantur
ırore, quos Magnus ROLFINCIUS jam tum,
t eſt Inſignis morborum Artifex, feliciter cura-
it.Par ratio eſt cicutæ,quæ hominibus venenum
t oppidò peſtiferum , eoſque extinguit & amen-
s facit. FRANCISCUS TRAPOLLINUS (te-
e JONSTONO in thaumat. c.16.) cùm eam lo-
o petroſelini in juſculo ab ancilla appoſito ſum-
ſiſſet,amens obiit. Hafniæ ante annos paucos

L 2 eâdem

eâdem miſeros quoſdam,qui & ipſi loco petroſelini comederunt, ſubitò extinctos eſſe, curioſa SIMONIS PAULLI Medici Regii Celeberrimi obſervatio inculcat. *In valle Polyzela*, inquit Scaliger lib. de ſubtilit. contra Cardanum Exercit. 152. *præſentibus nobis cicutæ radix recepta pro petroſelino in prandium à vinitore per initia jejuniorum amentem fecit Nazarium Baſſanum, civem noſtrum & equitem fortiſſimum è turma patrui Bonifacii: Multos alios vertigine torſit ac oblivione.* Turnis tamen cicutam in alimentum cedere, author eſt Fernelius de abditis rerum cauſis: Nec eſt, ut in diverſis animantium generibus hanc quæramus diverſitatem. In ipſo etiam hominum grege non deſunt, qui inſtar alimenti capiunt, ac citra omnem vitæ aut ſanitatis noxam, ea, quæ aliis ſunt hominibus lethifera. Ante annos circiter decem aliquis degebat Wolferbyti, qui citra omnem noxam comedebat araneas, cujus mentionem fecit BRECHTFELDUS in Eruditiſſima ſua, ſub præſidio olim Excellentiſſimi VOGLERI habita de venenis diſputatione. Coloniæ Agrippinæ puellam quandam in delitiis habuiſſe araneas, ex ALBERTO refert antè laudatus JONSTONUS lib. antè cit. cap. 2. claſſ. 10. De Mithridate, qui citra noxam uſus venenis eſt, & nota ſatis eſt, & paſſim Scriptoribus celebratur hiſtoria, unde natus etiam eſt hic verſus:

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Toxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.

E

Ex quibus jam eluceſcit, hujuſmodi non abſolutè (cùm diverſitatis ratio illius in peculiari uniuſcujuſque temperie ſit ponenda) ſed ſecundùm quid nimirum hujus aut illius intuitu animalis appellanda eſſe venena. De poſteriore res itidem plana eſt, (nimirum quòd ex indole veneni diverſa res queat eadem demonſtrari.) Quippe non occultis, ſed manifeſtis agunt qualitatibus venena; quod colligere eſt in proclivi, cùm ex ſymptomatibus, quæ hauſtum venenorum ſolent comitari, tum ex medicamentis his opponi ſolitis. Hoc quidem patet, quòd alexipharmaca non niſi manifeſtis agant qualitatibus, vel diaphoreſi, vel vi ſiſtendi fermentationem, qua de re latiùs actum eſt Art. 3. Sect. 7. de alexipharmacis: Illud verò, quod vel quorumvis, quæ à venenis excitantur, ſymptomatum, rationes reddere liceat manifeſtas. Arceſſi enim ſat facilè poſſunt omnia vel à tenuitate ſubſtantiæ vel craſſitie. Totâ enim hoc agere eſt ſubſtantiâ, qua de re longior eſt CL. HOFMANNUS, & ipſi etiam ſuprà uberiùs, quid totâ agere ſubſtantiâ ſit, de cordialibus ſic dictis, propoſuimus. Pro ſubſtantiæ hujus diverſitate, vel tenuioris, vel craſſioris, alia agunt celeriùs, alia tardiùs. Alia vel exteriùs admota ſuas exerunt vires; alia vel ſolo halitu aut umbrâ minantur noxam, prout vis penetrandi fuerit vel major, vel minor. De taxo memorant, tàm præſentis eam eſſe in Arcadia veneni, ut, qui ſub ea obdormierint, intereant. Ad eundem modum napellus adeò fertur venenata, ut in ma-

nu retenta diutiùs,ſi incaluerit, interimat. Pari ratione atomis ex locis exhalantibus profundioribus, poſt multos demum annos apertis aërem eſſe immane quantum infectum, hiſtoriæ docent Medicæ. Contrà etiam diu poteſt in corpore latitare venenum, ſi ſubſtantiæ fuerit craſſioris, donec tandem gliſcat & exitium adferat ſumenti. Quale eſt venenum à cane rabido communicatum, quod aliquot menſes prius quàm vires ſuas exerat, in corpore poteſt latere. Quibus nunc cognitis & hoc fit manifeſtiſſimum, non accuratam hactenùs venenorum definitionem eſſe traditam; omnia enim, quæ ab his vel illis tribuuntur venenis, non propria venenorum ſunt, ſed cum aliis quoque ipſis communia. Aliis quæritur veneni genius in eo, quod exiguâ ſumptum doſi lædat inſigniter: Verùm, niſi opium velis in cenſu venenorum locare, quod & ipſum in parva nocet quantitate, non ſoli id ac uni competit veneno: Aliis verò in uno ſtatuitur veneni indoles, quod ſubitò ac mirum in modum lædat. Sed neque hoc vicem ſuſtinet catholici, cùm dentur res omnium ſaluberrimæ, quæ huic tamen & illi ob ἰδιοσυγκρασίαν graviſſima inducunt ſymptomata: Sic capitis dolorem à cidoniis, animi verò deliquium vel à ſolo conſpectu lilii excitatum, diſcere ſuprà licuit ex Scaligero. Rutam magnæ aliàs commendationis, cum in peſte, tum in aliis affectibus vel ſolo odore ita afficere nonnullos, ut parùm abſint

ſint ab animi ipſius deliquio, obſervare mihi olim contigit in Diſcipulo meo chariſſimo: Taceo alia, quæ pro ſubjectorum varietate aliis quidem proſunt; aliis verò obſunt immane quantum. His nunc obiter oſtenſis, ſi philoſophari lubeat ſubtiliùs, venena videntur dari & non dari citra ullam contradictionem, hoc quidem, quòd non temperamenti abſolutè conſiderati limites tranſiliant, nec qualitatibus occultis ſenſu veterum ſumptis agant ſic dicta venena: Illud verò, quòd vox veneni illa, ſi ſano ſenſu explicetur, quàm commodiſſimè queat retineri in ſcholis Medicis: Dici autem (ut ſic qualem qualem deſcriptionem attexamus) poteſt venenum, quod ſui generis ſale volatili acri fermentationem excitat in corpore, & vel ſubitò noxam inſignem aut necem infert, cum graviſſimis ſymptomatibus: Quò non ea tantùm referenda ſunt, quæ forinſecùs vel intùs aſſumuntur: Qualia vel venena ſunt, vel atomi in aëre hærentes venenatæ, corpori noſtro communicatæ, uti fit tempore peſtis: Sed & ea etiam, quæ in ipſo corpore noſtro corrupta veneni induunt naturàm: Poſſe autem in corpore noſtro ſponte ſua ita corrumpi humores, ut nonnihil adſciſcant malignitatis, & extra controverſiam eſt, & in ſcorbuto (unde febris in multis maligna ſcorbutica progigni ſolet & poteſt,) fit manifeſtiſſimum. Et verò cùm cauſam innuerimus venenorum ſal volatile acre, non peſtis

tantùm, ſed & lues Venerea ac elephantiaſis Arabum huic merentur albo adſcribi : Sed ſalia jam tum ſunt diſcernenda. Quemadmodum enim peſtis ſali lixivo, ita lues Venerea, Arabum elephantiaſis, ſcabies maligna, &c. ſali acido ortum videntur ſuum debere : In his enim negotium dat ægro, ac fomitem pruritus ſuſtinet acrimonia acida : In illis verò ſalina. Sed hæc exponenda ſunt paulò pleniùs. Sal illud volatile acre, in quo venenorum indoles ponenda eſt, ſui generis diximus eſſe; cùm ingens detur differentia ſalium, quorum naturam ſi pernoviſſe accuratiùs liceret; ipſorum quoque venenorum indolem penitiùs daretur indagare. In ſale volatili aliàs potiores ac excellentiores rerum medicarum virtutes, nec non frugum fertilitatem quærere conſueverunt Chymici peritiores: In ſale itidem volatili, ſed medio velut inter benignum illud ac malignum, & ad naturam venenorum propiùs accedente, vim purgatricem & ipſi quæſivimus ſuprà : Neque verò fugit ratio, quare in ſale volatili acri actio ſit venenorum locanda, cùm ad modum fermentationis agant in corpore venena; ſali autem debeatur fermentatio, ſi quid ipſi adjiciatur acidi: Uti ad oculum patet in tot operationibus Chymicis. Si bili ſive hominis ſive alterius animalis ſale abundanti volatili unam item vel alteram guttam ſpiritus vitrioli adjicias, inſignem obſervabis fermentationem. In fæce cereviſiæ re omnium tritiſſima & vel pueris

nota,

nota, vim fermentandi, quod ſalinæ naturæ & ipſa ſit, inſignem latitare, non eſt, ut multis adſtruam, cum res ipſa videatur loqui. Quid? quod etiam quæ tam à peſte, quam veneno hauſto excitantur, ſymptomata, ejus ſint notæ, ut ortus eorundem ab hoc ſale volatili quam commodiſſimè queat derivari: Sic Exquiſitiſſimum capitis dolorem, vomitum enormem, pulſus debilitatem, maculas purpureas & alia id genus, omnino licet deducere à ſale volatili acri, quatenus vel ſal noſtrum nimis reddit volatile, unde pulſus debilitas, (cum ſua ſic ſanguini & ad motum naturalem apta denegetur conſiſtentia) vel adurit & figit iterum, unde & maculæ cernuntur in ambitu corporis, & ſanguis niger apparet, in nonnullis, inſtar picis: Quod quidem ipſum non ſemper indicium eſt peſtis aut veneni hauſti, cum idem in aliis etiam detur obſervare. Uti memini me hic Haderslebiæ obſervaſſe ante annum & quod excurrit in cive quodam etiamnum ſuperſtite, qui peſtis ac febris malignæ planè expers nocte eadem ter ac amplius corripiebatur animi deliquio: Ipſe vocatus manè cum tumorem linguæ ingentem deprehenderem, venam incidendam curavi, ſed ſanguis venâ extractus poſt aliquot horas & colore & conſiſtentia picem referebat Norvvegicam: Sed æger brevi medicamentis ritè adhibitis, Dei gratia ſibi ipſi eſt redditus: Non mirum autem eſt, & colorem & odorem mutari ſanguinis, cum, ſulphure, quod utriuſque cauſa cen-

ſetur Chymicis in corpore noſtro reſoluto ac corrupto facilè oriri queat hæc immutatio; Hinc ſæpe in peſte tantus obſervatur fœtor, ut vix tolerari queat ab adſtantibus, qualem in peſte Brunſvicenſi non ſemel obſervavit GEISLERUS & inprimis obſerv. XXXIV. Sed redeo ad reliqua ſymptomata ex ſale volatili acri demonſtranda: Sic ſi volatiles illæ partes ſalinæ ventriculum attingunt, ac bilem movent, cauſa exiſtunt vomitus vehementioris; ſi ad cerebrum deferantur halitus illi acres, capitis dolorem excitant exquiſitiſſimum. Pari ratione etiam reliqua explicatu facilia ſunt ſymptomata. Pars quæ afficitur in peſte aut ſi venenum fuerit hauſtum, non cor eſt immediatè, ceu falſo putant nonnulli, ſed humores in corpore contenti, quibus malè affectis, non poteſt non beneficio circulationis ad ipſum COR transferri illa labes. Quod autem alia in aliis ſymptomata cieant venena, cum à ſalis tum ægrorum diverſitate videtur petendum, nec prætereundum eſt ſulphur narcoticum: Dantur enim venena partibus prædita heterogeneis, quæ præter ſal volatile acre etiam ſulphure ſuo nocent narcotico. Quod vero hi facilius, illi vero difficilius lædantur, cum à ſulphure quo alius plus alius minus abundat tum à tota temperie ac peculiari humorum in corpore noſtro conſtitutione eſt arceſſendum Sulphur enim eſt cauſa veluti ſine qua non, unde homines videmus bilioſos ac multo abundantes ſulphure facilius peſte corripi aut febri

bu

ous malignis, melancholicos contra ac humore
bundantes acido difficilius, quod ſalis acrimo-
nia volatilis, in quo genius latet horum malorum,
temperetur ac repellatur ab acido illo humore:
ſed ſanguinis ipſius temperies ſeu tota ejus ſub-
ſtantia, cum in aliis tenuior ſit, in aliis craſſior,
n aliis flatulentior, in aliis alia, nec non viſce-
um conſtitutio peculiaris, & præprimis ventri-
culi, & ejus fermenti, quæ pro ſubjectorum va-
ietate, & ipſa variant multum: Denique & ſali-
væ ipſius, quæ ſuis quoque dotibus non eſt de-
raudanda, quæque ſuo ſale prægnans eſt, conſti-
utio diverſa, probè veniunt attendenda. Tan-
um de venenis. Et ſic compendio huic (multa
enim in eo traduntur, quæ ſingula integrum
expoſcunt commentarium) im-
ponendus eſt.

F I N I S.

CATA-

CATALOGUS

Rerum Memorabilium, quæ in hoc libro continentur.

A.

Anatomes utilitas ac præſtantia innuitur. præfat.
Abſinthii elogium in dolore dentium p. 9
Aniſi vis egregia in morbis infantum. 18
Aſari ingens datur ubertas in Thuringia. 22
Alba non omnia ſunt frigida. 29. 30
Ariſtolochia quare uteri affectus curet p. 33. 34
Aquæ pectoralis Doctoris Clauſens vis mirifica in pectoris affectibus. 36
Ariſtolochia vis non eſt à ſignatura petenda. 33. 34
Angelica variat ratione natalium 20
In morbis malignis eſt commendabilis. 94
Mirum in modum pectori prodeſt. 98
Eſt alexipharmaca. 142
Aromatica cur in biliosis excitent capitis dolorem. p. 52
Venerem irritant. 69
Semen augent. 70
Sunt polychreſta. 92

Sunt

Sunt alexipharmaca 93
Menſes movent ac partum. 94
Sunt expectorantia. 95
Inſerviunt colicæ 96
Sunt antihypochondriaca 96
Cephalica. 97. *ſeq.*
Stomachica. *ibid.*
Amygdalæ dulces ſemini augendo proſunt. 70
Amara ſunt calida. 73
Vi pollent abſtergendi, attenuandi &c. 76
Diuretica ſunt ac ſudorifera 76
Proſunt in pancreatis affectibus 76
In ſcorbuto ac malo hypochondriaco 76
Sunt polychreſta. 76
Cur vis antifebrilis inſit. 80
Cur vis inſit alexipharmaca. 80
Cur vis inſit antiſcorbutica. 82
Cur vis inſit vermes extinguendi. 82
Non ſunt cardiaca. 82
Proſunt hepati. 128
Abſinthii vis mirifica in morbo hypochondriaco. 80
Cur vis ei inſit alexipharmaca. 144
Acria vel ſunt ſalutaria vel noxia. 84
Acerba adſtringunt, contrahunt ac repellunt. 88
Acidis præter adſtringendi vim cur vis inſit attenuandi 88
Acidiora juſto ſanguinem ad motum reddunt ineptum 92
Inducunt ſyncopen. 92
Experimentum adfertur Regneri de Graff. 93
Acetum non eſt frigidum. 99

Variæ adferuntur ſententiæ. 99
Aquæ pluviali ſal ineſt volatile 106
Agni caſti ſemen cur libidini adverſum. 61
Antimonii vires patefecit chymia. 107
ejus tinctura in lue venerea commēdabilis. 107
Antim. diaphoreticum in ſcorbuto ac febribus malignis &c. 107
Malè accuſatur 120
Aſperſio aquæ frigidæ in animi deliquio caſu videtur innotuiſſe. 111
Non in quovis animi deliquio prodeſt. 112
Immerſio in aquam & potus ejus cur proſit hydrophobiâ laborantibus 112
Arthemiſia unde acceperit nomen. 116
Alexipharmaca quotuplicia ſint. 141
Unde cognoſcantur. 142
Agaricum pituitam expurgat. 173
Aloe vulpes dicitur enecare. 165

B.

Botanices utilitas in arte Medica. 1
Bezoar non eſt cardiacum ſtrictè dictum. 7. *ſeq.*
an vis ipſi inſit diaphoretica. N. 167.
Balſami Tartari anìſati vis mirabilis in φθίσει. 17
Ejuſdem experimentum. 18
Ejus vis mirifica in pleuritide. 35
Butyrum nonnulli averſantur. 53
Borſtorfiana poma ſunt cardiaca. 97
Bili animalium ſal ineſſe volatile operatio Chymica oſtendit. 109
Betonica à quo inventa ſit & dicta. 116

C.

C.

uratiōe præcedat morbi cognitio accuratior præf.
ornu cervi philoſophicè paratum laudatur. 7
Sal ejus volatile præfertur lapidibus pretioſis. ibidem.
Cur ſpiritus ejus ſit alexipharmacus. 143
aryophillata præfertur radici chinæ & quare. 7
Frequens naſcitur in Thuringia ac Miſnia. 22
Vi pollet expectorandi mira 98
Eſt alexipharmaca. 94.142
hinæ radix cur pravi æſtimanda. 7
hamædris laudatur. 7
Ejus temperies variat per varietate ſoli. 21
ardui benedicti encomium in auditus difficultate. 9
Cur vis inſit antipleuritica. 34
Cur vis inſit alexipharmaca. 145
arduus mariæ cur antipleuriticus. 34
hriſtopheriana ſponte naſcitur in ſylvis Thuringiæ. 21.22
eterach ſponte prodit in Thuringia. 22
acao quænam ſit arbor. 24
olor non oſtendit vim medicaminis. 30
Quæ cauſa ejus 27. ſeq.
rocus cur ictero medeatur. 30
Suppreſſionem menſium aperiat. ibid.
Semini augendo proſit. 70
Malè accuſatur à nonnullis. 125
arlina frequens eſt in locis Thuringiæ ac Miſniæ. 22

Cur ſit alexipharmaca. 143
Clyſterum uſus inſignis eſt in quartanâ. 11.ſeq.
Mirabilis in partu difficili. 12
Non eſt in febribus damnandus 125
Chærefolium Germ. Kerfel dictum, eſt antipleuriticum 35
Ejus eſſentia laudatur in vertigine. 98
Vis ineſt alexipharmaca. 94
Cartheſiana opinio de odoribus. 47
Cydonia excitant nonnullis vertiginem. 50
Caſtoreum cur ſit uterinum. 57
Cur ſit alexipharmacum. 143
Corium inveteratum incenſum prodeſt in affectibus uterinis, 60
Cinamomum cur ſemini augendo proſit. 70
Venerem irritet. ibid.
Vis ineſt alexipharmaca. 94
Cichorium quare ſit calidum. 74
ejus uſus in calida intemperie hepatis. 75
Centaurii minoris inſignis uſus in affectione hypochondriaca. unde ſit dictum. 129. 79
Citrii cortices ſunt cardiaci. 97
Ejus flores ſunt cardiaci. ibid.
Cochleis cur vis non inſit venerem irritandi. 99
Cremoris Tartari vis ſtomachica pariter ac hepatica. 99. ſeq.
Chymiæ uſus inſignis eſt in viribus medicaminum explorandis. 106
Cochlearia commendabilis in obſtructionibus pancreatis. 128
Cordialia quænam ſint. 129. ſeq.

Quam

Quam partem afficiant primo. ibidem.
Non agunt occultis qualitatibus, ibidem.
Immediate ſanguinem afficiunt. ibidem
Per quas vias tendant. 130
icuta homini exitio, brutis alimento eſt. 165

D.

Eliquio animi quare alii aliis facilius corripiantur. 52
ens apri præparatus non in omni prodeſt pluritide. 34
teriora ſoli bonitate redduntur meliora. 23
aſcordii uſus inſignis in peſte. 110
aſcordium eſt polychreſtum. ibid.
ctamnus Germanorum ſponte creſcit Jenæ. 22
Cur vis inſit alexipharmaca. 143
ronici vis noxia (ſi noxia eſt) unde innotuit. 112
lcis ſapor quid ſit. 66
lcia cur ſint temperata. ibid.
Vi pollent leniendi. 66
blandè expectorandi. ibidem
nocent pancreatis affectibus. 129

E.

lleborus Hippocratis citra culturam provenit in Thuringiâ. 21
otropio vis creditur ineſſe cujusvis favorem conciliandi 103

furis imaginem noctu oſtendendi. ibid.
vis illa eluditur. 10
Elixir : Rolfincii aſthmatici vis egregia laudatur. 36.96
Elixir proprietatis Parac. commendatur in morb
hypochondriaco. 77.7
Empiricus quid differat a Dogmatico. præf
quare magna præſtet interdum. ibid
non fides huic habenda. ibid
Error tangitur Veſalii. 1
Excrementis animalium vis ineſt Medica. 5
cur vis inſit alexipharmaca. 14
Exotica non ſunt prorſus rejicienda.
Experientiæ interdum ſunt falſæ.
Experientia non negligenda eſt in doſibus medicam
num inquirendis. 4
conjungenda eſt cum ratione. 1c
opus eſt propria. 1
quæ requirantur ad parandam. 11

F.

FOeminæ cur facilius quam viri lædantur ſuav
lentibus.
cur majori periculo ſint expoſitæ temp
peſtis.
Fætoris quæ cauſa ſit.
Fætida cur proſint in affectibus uterinis.
cur vis ipſis inſit alexipharmaca. 13
Ficus cur vim obtineant expectorandi.
Flava non omnia medentur tibi.
non ictero. il

maria in pancreatis affectibus commendabilis. 128
ngorum uſus exterior laudatur in hæmorrhogia. 8
agorum non probe elotorum eſus quæ ſymptomata
itarit. 113

G.

Alanga eſt ſtomachicum. 98
Gentiana unde ſit dicta. 116
eſt alexipharmaca. 145
alappa an ſerum expurget. 155
quoſvis humores purgat. 156
eſt inſtar purgantis catholici. ibid.
zyrrhizæ radix cur pectori proſit. 67
aphalium frequens eſt in Thuringia. 22
avis odor quis ſit. 53. ſeq.
unde generetur 54
quid virium indicet. ibidem
aveolentia in quibus proſint affectibus. 56
proſunt in peſte 57
in Epilepſia. ibidem
Cur capitis excitent dolorem. 61
proſint in utero. 128. ſeq.
noce cur ant cordi. 129
vis inſit alexipharmaca. 142

H.

HAlecis ſale conditi uſus in quartanario Batavo. 71

qua ratione ejus uſus admittendus in febribus intermittentibus. 7

Hannibalis prudens dictum.

Helmontii locus de virtute odoris citatus. 4

Herba vitæ ac mortis præſaga.

amoris conciliatrix. ibid

Herba thee parvi æſtimatur.

vires ejus eluduntur. 102.ſeq

Herba paris in ſylvis Thuringiæ frequens eſt pa

Herba viva geſtata creditur virginis cujuscunque amorem conciliare. 10

vis illa eluditur. 10

Humor in plantis contentus non arguit earum vires. 26.ſe

Hyperici dotes in concreto ſanguine diſſolvend ibide

falſo creditur Dæmones fugare & quare. 10

I.

Ialappæ effectus in juvene quodam. 1

Iaponniſi ſubito creditur vires reparare. 10

Iaſmini odor nonnullis adverſus eſt.

Iena quibus plantis gaudeat vernaculis. 21.

Inodora non frigida ſunt omnia & quare.

Iudicium multum valet in Medico.

plus valet quam memoria ac ingenium. ibi

Iujubæ cur expectorent.

L.

LActiferæ plantæ non omnes ſunt venenatæ.

Laur

urus feliciter aſſurgit in locis frigidioribus 24
& quare. ibid.
banotis ſponte naſcitur apud lenenſes 22
lii conſpectum ferre non potuit virgo apud Scaligerum. 50
liorū alborum flavedo in partu difficili laudatur. 10
ci diverſitas attendenda eſt in uſu purgantium. 123

M.

MAli citrii vis alexipharmaca unde innotuerit. 110.111
'acis & venerem irritat & ſemen auget. 70
'edici periti non rectè dicuntur fortunati. præfat.
'edicorum quorundam error & unde. præf.
'ederi per accidens quid ſit. præf.
'edicorum fulcra ſunt ratio & experientia. præf.
'edicamenta domi naſcentia an ſint exoticis præferenda. 5.ſeqq.
'eliſſa præfertur herbæ thee. 7
cur ſit alexipharmaca. 142
cur ſit cardiaca. 97
'ethodum tranſire medendi cogit interdum ſymptomatum vehementia. 16
'ixtura antifebrilis commendatur. 14.
alia antifebrilis laudatur. ibid.
'oſchi ſuavitas cur excitet ſuffocationem dictam uterinam, 50.ſeq.

N.

NApellus in manu retenta dicitur lædere. 165

Naſturtium tam vulgare quam Indicum in pancreatis affectibus commendandum. 128
Nicotiana unde ſit dicta & inventa. 116
Nitri cum ſulphure parati vis mirifica. 59
vim ejus ebullientem oſtendit Chymia. 108
qua ſit temperie nitrum. 100
Nix non eſt ſimpliciter frigida, ſed ſal aliquod continet. 107
Nux vomica non eſt venenorum cenſu excludenda. 119

O.

Obeſi cur peſti ſint facilius expoſiti. 5
Odor virium index eſt in plantis. præf
quid ſit. 3
quas vires oſtendat. 3
in quo indolem ejus quærant Cartheſiani. 3
fragrans ac tenax teſtis eſt manifectus caloris p. 3
non gradus inde licet explorare. 4
fragrans tenuem oſtendit ſubſtantiam. pag. 4
aromaticus quis ſit. 4
unde gignatur. ibidem
unde derivetur Chymicis. 4
cur à ſulphure puriore deducatur. ibid
cur vim arguat cardiacam. 4
ſolus cur poſſit mederi. 6
an poſſit nutrire. 6
an tabidos curet & quare. 6

Od

Odoris expertia cur non frigida ſint omnia. p. 49. *ſeq.*
Olentia ſuaviter cur non omnia ſint ſalutaria. 49. *ſeq.*
cur iis lædantur nonnulli. 51
offendantur mulieres. ibidem
Operatio Chymica virium latitantium eſt indagatrix. 3
Opium Scaliger putat frigidum. 24
Nos putamus calidum. 74. *ſeq.*
vis ejus ſoporifera non à frigido eſt petenda ib.
vis cur inſit diaphoretica ac ſitim excitandi. 74
cur ſit alexipharmacum. 143
an in cardiacis ponendum. 145
quomodo corrigendum. ibidem
quæ doſis ejus ſumma. ibidem
quando adhibendum. 146
uſus ejus ſit rarior. 148
cur vis inſit ſiſtendi. 155
quæ in uſu ejus cautela advertenda. 148
Opiati laudani uſus inſignis. 124
malè damnatur ab Hofmanno. ibid.
Oſſa bufonum quid valeant in fluxu ſanguinis ſiſtenda. 8
Oſtreæ cur venerem irritent. 69
an vis inſit antifebrilis. 72

P.

P*Anax Herculeum unde ſit dictum.* 116

Pannus rubicundus an conferat ad variolos expellendos 31
Paſſulæ cur expectorent. 67
Pellis agninæ adhuc calentis vis mirifica in doloribus à partu ſedandis. 10
Pennæ perdicum cur proſint in uterinis. 60,61
Pœonia cur epilepſiæ medeatur. 33
vis ejus non eſt in effoſſione ſub certo ſiderum poſitu quærenda. ibid.
nec eam arguit ſignatura. 32.ſeq.
unde ſit dicta. 116
Petroſelino vis ineſt antihypochondriaca. 97
Pimpinella ſanguiſorba undique naſcitur in Miſnia ac Thuringia 22
Piper eſt ſtomachicum. 98
Poma Borſtorfiana ſunt cardiaca. 97
Pulmonaria maculoſa frequens eſt in Thuringia circa vias. 22
Pulvis antifebrilis laudatur. 13
Alius antifebrilis citatur. 14
noſter pro infantibus commendatur. 19
Purgans præſcribere non res eſt levis momenti. 121
uſus ejus incautus. 122
Purgantia an ſint frigida? Neg. 151
quâ vi agant. 152
quid ſint. 151.ſeq.
variè accipiuntur. ibidem.
an electivè purgantia dentur. 155
vis purgatrix in quo reſideat. 153
non ſympathia agunt, ibid.

Ele-

electivè dantur & non dantur 155.ſeq.
quomodo agant 158.ſeq.

Q.

QVartanæ curatio compendioſa 10.ſeq.

R.

RHabarbarum purgat bilem 159
Rorellæ ingens naſcitur copia prope Ienam 22
Roſæ ſunt cardiacæ 97
odor hyſtericis cur ſit adverſus 50
etiam viris adverſatur ibid.
egregia de iis memoratur hiſtoria ibid.
Roſmarino vis ſingularis ineſt menſes & partum promovendi 95
Ratio illius effectus eſt in aprico 128
Rubra non omnia ſunt calida 30
Rubrum vinum cur expellat 30
Ruta cur alexipharmaca 143
ſolo odore lædat nonnullos 168

S.

SAl volatile urinæ extollitur 7
oleoſum Sylvii citatur 15.19.97
oleoſum noſtrum ibid.
ejuſdem uſus infauſtus in bilioſis ibid.
Salia multis celebrantur nominibus in febribus 78.80
Sali cancrorum fluviatilium cur vis inſit hydrophobiæ reſiſtendi 108
Salibus plantarum cur vis inſit alexipharmaca 144

Sale conditi cibi cur proſint in febribus 71
Salſa cur attenuent ac leniter adſtringant 68
ſudorem moveant ac urinam ibid.
Venerem irritent 70
Salviæ noxam docuit caſus 113
Sambuci flores in defectu lactis celebrantur 9
Sanguinis draconis vis mirabilis in ſanguine ſiſtendo 37
Sapor quid ſit 64
quid Chymicis ibid.
quid Carthesianis ibid.
unde diverſitas ejus 66
dulcis quid ſit 66
quas vires arguat 67
quid ſalſus, & quas indicet vires 68. ſeq.
amarus quid & unde generetur 73
acris quis ſit & unde generetur 82. ſeq.
quomodo gradus inde explorantur ibid.
acidus, acerbus, auſterus quis ſit 87
Scabioſæ mira vis in φθίσει 17
ejus citatur experimentum ibid.
Scammoneum non temerè eſt propinandum 120
Scordium noſtras cur præferendum Cretico 7
uſus ejus quomodo caſu innotuerit 110
illius encomium 110
cur ſit alexipharmacum 143
Scolopendrii vis quomodo caſu innotuerit ibid.
Scorbutici quare affligantur interdum à Venere 70
Scorzoneræ ingens eſt ubertas in Thuringia 21
radici ejus lactea ineſt ſucculentia 26
Sebeſten cur expectorent 67

Semen

Semen agni caſti cur libidini adverſum 61
Senna melancholicum humorem ac pituitoſum expurgat 155.*ſeq.*
Seſeli æthiopicum in ſylvis Ienenſibus ſponte prodit 22
Signatura non oſtendunt vires medicaminum 36
Soli magna vis eſt in plantis mutandis 22
ejus bonitas ſequiores corrigit 23
Ex ſoli genio de facultatibus medicaminum dignoſcendis promi non poſſunt argumenta 25
Soporifera vis unde 60
Specificè alterantia quid ſint 126
unde vis eorum ſit arceſſenda 128
ab ipſa nempe temperie ibid.
Stercoris aſinini vis mira eſt in hæmorrhagia 8
ſuilli recentis in eadem 8.57.61
anſerini vis laudatur antiictericæ 9.57
humani antipeſtilentialis 57.*ſeq.*
humani itidem in angina 58
pavonis in vertigine ibid.
Sulphur laudatur 47
vis ejus polychreſta ibid.
narcoticum quid ſit 56
Sedativum quid ſit ibid.
cur fermentationem ſiſtat 58

T.

TAbaci abuſus tangitur 72
Tamarindorum uſus excellens in febribus malignis 90

magna

Magnæ ſunt commendationis in diarrhæa 91
cur vis leniter laxandi inſit 91
Tartari cremoris vis inſignis ſtomachica juxtà ac hepatica 99.*ſeq.*
vis ineſt digerendi ac leniter laxandi ibid.
Taxi in Arcadia quomodo umbra lædant 63.167
Tenuis eſſe ſubſtantiæ quid ſit 41
Terra unaquæque habet, quo ſe commendet præ cæteris 5
Teucrium unde ſit dictum 116
Thee herba parvi æſtimatur 7
Theoria Medica quæ ſit ſolidior præf.
Theriaca Meſues ex quatuor amaris multùm effertur in morbis malignis 80
Tota agere ſubſtantia quid ſit 85
Tragopogon lactea eſt radice, ſed uſus ejus extra noxam 26
Tunicæ flores ſunt cardiaci 97

V.

V*Aleriana cur alexipharmaca* 142
Venena an dentur 164
non dantur abſolutè 166
non occultis agunt qualitatibus ibid.
non accurata data eſt definitio 168
quid ſit venenum 169
an in corpore noſtro poſſit generari 169
in quo reſideat ejus natura 169.*ſeq.*
in ſale volatili acri ibid.
quomodo lædant 60

cur alii aliis faciliùs lædantur 52
Verbena geſtata creditur mederi 102
ſpectra fugare ibid.
Vinum rubrum quare expellat 30
Violæ ſunt cardiacæ 97
Viperis ſal ineſt volatile 108
in malignis oppidò proficuum 108
Vitri antimonii infauſtus uſus 12
Vmbra arboris venenatæ cur lædat 63
Vrina mariti in partu difficili commendatur 10
cur vis inſit alexipharmaca 143
Vterina multa quare ſint in peſte commendabilia 142

Z.

Z*Ingiber eſt ſtomachicum* 98

FINIS.